

**Dissertatio medica inauguralis de veratrino, ejusque usu medico,
observationibus clinicis investigato ... / eruditorum examini submittit
Cornelius Constantinus Röell.**

Contributors

Röell, Cornelius Constantinus.
Royal College of Surgeons of England

Publication/Creation

Trajecti ad Rhenum : Apud C. Van Der Post, juniorem, 1837.

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/qt5yd2zx>

Provider

Royal College of Surgeons

License and attribution

This material has been provided by The Royal College of Surgeons of England. The original may be consulted at The Royal College of Surgeons of England. where the originals may be consulted. This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>

DISSERTATIO MEDICA INAUGURALIS
VERATRINO, EJUSQUE USU MEDICO,
OBSERVATIONIBUS CLINICIS
INVESTIGATO;

QUAE
FAVENTE SUMMO NOMINE.

EX ACCREDITATE RECENS MAGISTRA.

DISSERTATIO MEDICA INAUGURALIS
LUDV. C. RÖELLI, M.D.,
DE

VERATRINO, EJUSQUE USU MEDICO,
OBSERVATIONIBUS CLINICIS
INVESTIGATO.

SUBLIMISQUE AC PRIVILEGIIS
IN ACADEMIA RIENO-TRAJECTINA,

MIHI IN ALQUITATE CONSUERGENTI,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTE

Cornelius Constantinus Röell,

WULERS-SILVUS,

DIE 1 JULII A. MDCCCLXVII, HORA VI.

TRAJECTI AD RHENUM,
AED. C. VAN DER POST, MENTIONE
MDCCCLXVII.

DISSESSATIO MEDICI JUNIORUM

de

VERITATINE, ET USE TUA MEDICO,
OBSERVATIONIBUS CLINICIS
INVESTIGATO.

DISSERTATIO MEDICA INAUGURALIS
DE
VERATRINO, EJUSQUE USU MEDICO,
OBSERVATIONIBUS CLINICIS
INVESTIGATO,

QUAM,
FAVENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI,
LUDOV. GERHARD. VISSCHER,

PHIL. THEOR. MAG. LITT. HUM. DOCT. ET PROF. ORD.

AMPLISSIMIQUE SENATUS ACADEMICI CONSENSU,

NEC NON

NOBILISSIMAE FACULTATIS MEDICAE DECRETO,

PRO GRADU DOCTORATUS,

SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS,

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA,

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

Cornelius Constantinus Röell,

WELLENSI-GELRUS.

DIE I JULII, A. MDCCXXXVII, HORA VI.

TRAJECTI AD RHENUM,
APUD C. VAN DER POST, JUNIOREM.
MDCCXXXVII.

ERATRIO, ESSERE US MEDICO
OSSERVATIONES CLINICAS
INVESTIGATO

LUDOV. GERHARDI ALESSCHER

Andere sagen nur die Wahrheit, wenn sie ihren Ruhm befördert und begreifen nicht, dass es weit rühmlicher ist seine Unglücksfälle zu erzählen, als seine besten Erfolge; und dass derjenige, der einen Fehler bekennt, nur mit andern Worten sagt, er sey heute weiser als gestern.

ZIMMERMANN.

Cosmetine Cosmetinae Höfli

TYPIIS G. A. SPIN.

VIRO REVERENDISSIMO
ADRIANO CORNELIO RÖELL,

VERBI DIVINI MINISTRO, COLLEGII, CUI RERUM ECCLESIASTICARUM CURA IN
PROVINCIA HOLLANDIA MERIDIONALI TRADITA EST, SOCIO,

PATRI OPTIMO CARISSIMO,
PIO AMORE,

NEC NON

VIRO HONORATISSIMO
ADRIANO GOEKOOP,

ORDINI EQUESTRI LEONIS NEERLANDICI ADSCRIPTO, INSPECTORI RERUM HYDRO-
TECHNICARUM, FLURUM SOCIETATUM ARTIUM SCIENTIARUMQUE SOCIO, ETC. ETC.

AVUNCULO PER AFFINITATEM,

MIHI PLURIBUS NOMINIBUS DILECTO,

HANC DISSERTATIONEM

D. D. D.

Auctor.

Digitized by the Internet Archive
in 2015

<https://archive.org/details/b22390741>

L. S.

Cum ante aliquod tempus mihi insignes obvenirent laudes, in Anglia et Germania Veratrino tributae, me desiderium cepit hujus medicamenti vires explorandi, metuens ne, quod haud raro evenit, jactanter essent elatae. Communicando observationes factas, satisfacere possem legi academicae, dissertationem postulanti eum, qui lauream doctoralem petit.

Postquam autem Veratrini miracula non probata inveneram, retinuisse potius observationes meas, metu ne, quae a juvne medico fuerant relata, minoris haberentur momenti, si de laude ageretur, ab experti Aesculapii sacerdote cuidam medicamento tributa; tum enim oleum et operam perdidissem. Temporis autem angustum spatium, intra quod Academiae valedicere fas erat, nec non recordatio effati Zimmermanni, quod huic dissertationi inscriptum

est, me a proposito retinuerunt. Accipis ergo, L. B. mea qualiacunque observata, cum adnexa epicrisi. Haec praecedere debere historiam botanicam et chemicam Veratrini, nec non morborum, in quibus a variis auctoribus adhibitum est, putavi. Quae, autem supra monui, me praeſervent a judicio nimis severo, te humaniter rogatum velim.

Liceat mihi hac occasione publice gratum obtestari animum vobis, Viri Clarissimi, disciplinarum physicarum et medicinae in nostra academia Professores! Si cum ulla fiduciā, quantulacumque ea sit, ingrediar curriculum momenti plenissimum, eam vestrae institutioni, Cll. de Fremerij, Suerman, Wolterbeek et Schroeder van der Kolk, vestrisque consiliis debeo. Quod et vobis dictum est, Cll. Alexander, Tilane et Suringar, quibus ducibus mihi licuit aegrotantes in Nosocomio militari majore Rheno-Trajectino et in Hospitio sancti Petri, quod Amstelodami est, visitare. Semper mihi remanebit jucundissima memoria voluptatis, quam ex familiari consuetudine domesticā cum nonnullis vestrū percipere

mihi licebat. Quid singulis debeam, hic enumerare non opus est; probent facta mea animum iis semper gratissimum.

Tibi vero, Cl. Suerman, Promotor carissime! in primis solvatur tributum animi, qui te magni facit, pro summa humanitate, quā per totius vitae Academicae spatium, nec minus in hac conscribenda dissertatione, mihi semper dux et adjutor exististi. D. O. M. Te et cunctos Praeceptores, ad gloriam orbis docti, ad utilitatem studiosae juventutis, et ad salutem aegrotantium, diu conservet incolumes.

Sincero animo insuper vobis gratias ago, qui mihi occasionem praebuistis nostrum medicamentum applicandi, vel, communicatis morborum historiis, libris suppeditatis, aliove modo auxilium vestrum in hac dissertatione conscribenda, mihi haud denegasti.

Tristissimum restat officium, hic vobis valedicendi, Amici dulcissimi! quos inter vos, quibuscum in sodalitio, Felix qui potuit rerum cognos-

cere causas, litterarum, amicitiaeque gaudiis delectabar, non ultimum occupatis locum. Per sex annos, quos in hac Musarum sede vixi, reapse expertus sum, praecipue in arctiore amicorum consuetudine, quid sit germanis Academicis uti amicis. Δακρυδεν γελάσας vitam hanc, nimis celeriter eheu! praeterlapsam, respicio. Valeatis, Juvenes carissimi! Vestra res ita agatur, uti animus meus vobis adprecatur, et de nostra intima amicitia Horatianum illud: »Cœlum, non animum mutant;» valeat in perpetuum.

PARS PRIOR.

HISTORIA VERATRINI BOTANICA, CHEMICA

ET MEDICA.

§ 1. *De Colchicacearum familia.*

Inter illas regni vegetabilis familias, quae non tantum forma externa constituuntur, sed et principio proximo, proprio atque activo gaudent, ideoque arctiori, ut ita dicam, naturae vinculo junguntur, pertinet omnino Colchicacearum familia. Haec enim, quae Melanthacearum nomine a Brownio, Merenderarum a Mirbellio dicitur, atque a Jussievio ad Juncorum, Liliorumque genus relata fuerat, sequentibus characteribus botanicis distinguitur :

Herbacea est. Flores hermaphroditi, interdum polygami. Calyx sexpartita, colorata. Stamina sex, calyci inserta. Antherae externe sese ape-

rientes. Germina tria. Capsulae tres, latere interiore dehiscentes. Semina plura cum testa membranaceâ (1).

Praeterea vero sapore acri innotescit ac proprietatibus venenatis, quae quidem principio peculiari debentur, a recentiori chemia detecto, et Verafrini nomine designato.

Quodsi quaeras, quaenam huic affines habenda sint familiae, Colchicaceae medium tenent inter Juncos et Lilios. Ab his distinguuntur tribus stigmatibus, et seminis testâ membranaceâ, ^{sup}nunquam crustatâ. Ab illis, calyce colorata, et capsulis distinctis, vel separatis tempore maturationis (2).

Praecipua genera sunt Colchicum, Veratum, Merendera, Narthecium, Bulbocodium etc. (3).

(1) Cf. De Cand. Flore Franc. III, p. 192.

Ordines naturales plantarum eorumque characteres, etc. auctore Bartling. Gottingae, 1830, pag. 51.

Anleitung zur Kenntniss sämmtlicher in der Pharmacopoea Borussica aufgeführten officinellen Gewächse von K. S. Kunth. Berlin, 1834. p. 76.

Nouveaux élémens de Botanique, par Achille Richard. Bruxelles, 1833, p. 220.

(2) Cf. Ach. Richard, l. c.

(3) Cf. Bartling, l. c.

Nos vero in hac disquisitione de utroque genere
primum memorato tantum dicemus, quia horum
unice vires medicae exploratae sunt.

§ 2. *De Genere Colchico et Veratro.*

Colchicum, cuius unica species est *C. autumnalis* (*Herfst tijdelooze*), describitur sequenti modo.

Perigonium tubulosum est, longum, bulbo innascens, limbo campanulato, 6-partito; stamina apici tubi inserta; antherae oblongae versatiles. Ovarium 1. Styli 3 longissimi; stigmata totidem adunca. Capsula 3-lobata, lobis inflatis, erectis, basi coalitis, polyspermis. Tanquam characteres specifici Colchici autumn. (Linn. Cl. VI, Ord. I.) praeterea citantur: bulbus submultiflorus; flores folia diu praeëntes, folia plana lato-lanceolata.

In patria nostra non adeo frequens est. Invenitur juxta fl. Mosam et in provincia Transsalana inter Daventriam et pagum Olst. Denique in Germania, et in parte meridionali Europae, in locis humidis (1).

(1) Cff. Flora Belgii Septentrionalis, auctore V. Cl. Van Hall, Vol. 1, pag. 304.

In officinis prostat Bulbus, sive radix Colch. Est bulbus ovalis vel rotundus, quodammodo compressus, ad basin multis radiculis praeditus, longitudinis pollicis, interne albus, externe flavus cum cute externâ brunneâ, sapore acri, odore nauseoso et Minore dosi purgat et vomitum excitat; majore, lethalem effectum producit. Memoratu autem dignum ets, Colchic. autumn. verno tempore valde acre et venenatum esse, quippe plenum materiae extractivae amarae. Post efflorescentiam vero acritas omnino disparet, atque certam quandam quantitatem continet materiae extractivae dulcis et innocuae, quae in Oriente, et speciatim in regione Kraïn et prope urbem Triest (1) alimenti loco adhibetur. Recentiori tempore flores ac semina ejus plantae in usum medicum venire consueverunt.

Secundum genus, de quo agendum est, Veratrum, (Linn. Cl. XXIII. Ord. I.) flores habet polygamos. Calycis folia sex, basi adnata. Stamina sex, calyci inserta. Antherae reniformes.

(1) Cf. Dierbach, Abhandlung über die Arzneikräfte der Pflanzen. Lemgo, 1831, pag. 335.

De Candolle, Versuch über die Arzneikr. der Pflanzen. 1813, p. 353.

bilabiatae, extrorsum dehiscentes; Germina tria;
Semina parietibus internis capsularum inserta.

Tres habet species. V. album, V. sabadilla
et V. officinale.

Veratrum album (*witbloemige nieswortel*) distinguitur ab aliis speciebus, racemo decomposito, rhachide villosa, floribus omnibus brevipedicellatis, albidis, bracteis pedicello parum longioribus (1).

Radix, quae in officinis prostat, est rotunda, simplex, extus brunnea, intus alba, multis radiculis obsessa. Sapor acer. Est purgans, emeticum et sternutatorium efficax. Flores et folia eadem, licet minori, virtute gaudent.

Invenitur in Alpium cacuminibus, et in Europa Meridionali.

Veratrum sabadilla Retzii sic describitur: Folia radicalia ovali-oblonga, obtusa, nervosa; caulis subaphyllus; panicula subsimplex, flores brevi-pedunculati, nutantes (2).

(1) Cf. Nees von Esenbeck, in voce.

Linnæi *Systema vegetabilium*, in voce.

Kunth, l. c. p. 78.

Jacquin, *flor. austr.* p. 335.

(2) Cf. Nees von Esenbeck, in op. laud. in voce.

Invenitur in insulis Antillis et forsan in Mexicone. Semina hujus speciei et V. officinalis quae in Andis Mexicanis invenitur, in officinis prostant nomine seminum sabadilléos.

Quae in commercio prostant, ex miscela constant capsularum, brunneo-flavarum, oblongarum, quae ternatim adnatae et clausae, vel vacuae sunt, cum seminibus ipsis et pedicellis. Semen habet colorem externe brunneum, imo nigrum, intus flavum; odorem nullum, saporem acrem. Oblongum est, in uno latere planum, in altero elevatum; in una extremitate obtusum, in altera acuminatum (1).

§ 3. *Historia chemica Veratrini.*

Exposita plantarum, quae ad nostrum argumentum pertinent, descriptione botanica, convenit ut de analysi chemica agamus, cui fuerunt subjectae. Haec autem non ante annum hujus saeculi XIX instituta videtur, quuin Doctt. Pel-

(1) Cf. Trommsdorff; Neues Journal der Pharmacie. 1821.

Bd. 5, Stück V, pag. 4.

Pharmacopæa Belgica in voce.

letier et Caventou, suspicantes, peculiare
iis inesse principium, cui saporem acerrimum
deberent, examini analytico subjicerent Radices
Veratri albi, Colchici autumnalis, et Semina Sa-
badilleos. Societati Philomaticae Parisiensi ana-
lysin suam communicaverunt (1) ac insequenti
anno eandem publici juris fecerunt (2).

Neque ita diu post, anno scilicet 1821 prodiit (3)
altera Seminum Sabadilleos analysis, a Doct.
Meissner Halae instituta, quam jam M. Febru-
ario A 1819 a se factam esse, testatur. Ignorasse
autem Gallo-Francorum labores videtur, quum
adjiciat de sem. sabad.: »Ueber seine Mischungs-
»beschaffenheit sind, so viel mir bekannt, noch
»keine Angaben vorhanden.”

Succincte videamus de utraque analysi. Meiss-
ner, vim efficacem drasticam sem. sabadill. con-
siderans, principium horum seminum activum
cognoscere cupiebat, eorumque analysin sequenti

(1) Cf. Journal de Physique, Août 1819.

(2) Cf. Annales de Chimie et de Physique. 1820, tom. XIV,
pag. 69 et seqq.

Trommsdorff, N. J. der Pharmacie. 1821, 5 Band, 2 Heft.

(3) Cf. Trommsdorff, in. op. laud. 1821, 5 Band, 1 Heft.

modo instituit. Infusionem sem. sabadill. in Aeth. sulfurico evaporavit, quo separatum fuit oleum flavum, et materies brunnea resinosa, quae, iteratis vicibus in Alcohole soluta, et evaporata, fere omnem amisit colorem. Residuum tractatum cum solutione Carbon Pot. depositum pulverem albescensem, acrem, proprietatibus alcaloideis praeditum, cui, tanquam principio in hisce seminibus activo, nomen dedit *Sabadillini*. Praetulit autem nomen *Veratrini*, postquam ei patuisset, illud principium etiam in ceteris veratris adesse.

Quantitas Sabadillini, hac operatione acquisiti, parca fuit, nempe 2, 8801 ex 500 partibus seminum.

Naturam acidi, quocum Alcaloideum in seminibus fuit conjunctum, ignorabat. Ceterae substantiae constituentes, quas invenit, erant oleum, resina, materies extractiva dulcis et amara, salia et fibrae plantarum. Albumen desiderabatur (1).

Pelletier et Caventou (2) prima analysi,

(1) Cf. Trommsdorff, l. c. pag. 33.

(2) Cf. Annales etc. citat.

acquirebant crystallos albescentes, acidos. quibus nomen dederunt *Acido Cevadici*: scilicet, semina sabadilleos Gallis dicuntur *Cevadille*. Deinde autem analysin instituerunt analogam praeparationi ceterarum Alcaloïdeärum. Extractum Alcoholicum in aq. solvebatur, huic additum fuit Acetas plumbi, quo praecipitatum oriebatur, compositum ex Acido, quocum Veratrum conjunctum fuerat, et plumbo; quo per Acid. Hydrosulphuricum separato, illud Acidum formam assumpsit crystallinam. Residuo, cum Alchohole calefacto, ante refrigerationem additum fuit Carbonas Magnesiae, quâ operatione praecipitatus fuit pulvis albescens; qui tandem, denuo in Alchohole solutus, partim evaporatione, partim additione aquae, exhibebat alcaloidëum, ab iis *Veratrinum* nominatum, quod conjunctum videbatur Acido Gallico. Investigatis deinde Veratro albo et Colchico autumni. idem inveniebatur et in ultimo præterea. Inulinum. Dolendum, ab iis non recenseri varias quantitates Veratrini ex diversis plantis acquisiti, quod in præparando magni esse momenti debet.

Ab hoc inde tempore, *Veratrinum* non amplius,

saltem non de industria fuit indagatum, donec
Doct. Couerbe M. Maji 1833 Academiae scien-
tiarum, quae Parisiis est praelegit, examen che-
micum quarundam mater. organ. quat. (*Recher-
ches chimiques sur quelques substances quater-
naires d'origine organique*) in quo experimenta,
et inventa retulit, a praecedentibus longe aliena (1).

Extracto alcohol. Sem. Sabadill. addidit aquam,
Acido sulphurico acidulatam. Ac. sulphuric. sepa-
rabatur a sulphate Veratr., hac operatione nato,
ope potassae. Tali agendi ratione materiem acqui-
sivit valde impuram cui, injuriâ, nomen dedit
Veratrini. Longe enim differt, ab alcaloideo, ab an-
tecessoribus acquisito. Ratio inter Sem. Sabadill.
et Veratr. ex iis acquisitam, quae apud Meissner
fuit 1:0,00058 et apud Couerbe 1:0,0104
(ex sem. sabadill. itb j. acquirit hujus veratrini
impuri dr. j.) jam indicat hujus minorem puri-
tatem, quia tanta differentia, in diversa pre-
paratione non haerere potest. Praeterea vero,
ejus Veratrium adspectum habet resinae flavae.
Hanc tamen in commercium mittere jubet (2),

(1) Cf. Annales de Chimie et de Physique. tom. 52, pag. 352.

(2) Eduard Simon ex eadem quantitate sem. sabad. que

Haec materies solvitur in Alcohole. Si aditum primum Ac. nitricum, dein Potassa, praecipitatur resina minus flava, quae, tractata Aqua ebulliente, refrigeratione deponit crystallos subroseos, quibus nomen tribuit *Sabadillini*.

Residuum, post separationem horum crystallorum, evaporatur, et sub forma guttarum, super aquam natantium, separatur resinosum corpus, ab illo *Resino-gummi Sabadillini* vocatum.

Quae remanent cum Aethere puro calefiunt, et post refrigerationem deponitur pulvis albescens, secundum eum *Veratrium Pelle t. et Cav.* (1).

Couerbio praebuit veratrini partes 40, eadem operatione acquisivit 54 partes. Resert ex 40 $\frac{1}{2}$ semin. sabadill. prouti in commercio prostant, post depurationem ab adhaerentibus, tantum 12 $\frac{1}{2}$ sem. remanere. Ad evitandam pulvere sternutationem excitatam, semina spiritu vini mafacta trituravit, in machina huic scopo adaptata.

Cff. Berliner Jahrbücher. Th. XXXV, Hest 1, pag. 129—136.
Pharmaceutisch Centralblatt für 1835. 1 Band, №. 12, pag. 329.

(1) Ex hisce patet Turnbullium errasse, dicentem, veratrinum constare ex tribus hisce principiis: sabadillino, veratrino et monohydrate sabadillini; agit nempe T. de veratrino puro, quod jam est unum horum trium principiorum contentorum in materia impura, a Couerbio Veratrino dicta. Documentum est errorum, qui proveniunt a denominandis diversis rebus eodem nomine.

Resinam flavam tandem remanentem vocat *Veratrin*, dum alcaloideum a Pelletier detectum *Veratrine* dicit. Sabadillinum a Veratrino sequentibus differt momentis:

Solvitur in aqua, non in Aethere. Crystallos formare potest. Gaudet praeterea hisce proprietatis. Albicat; valde acris est. Funditur ad 200° Gentigr., quando adspectum acquirit resinosum. Cum Ac. Sulph. dil. sulfatem format crystallisabilem. Idem valet de Ac. muriatico. Ac. nitrico calido mutatur in resinam acidam. Caeterum ipsa valde alcalina est.

Quoad compositionem, haec sequentibus numeris declaratur. Constat enim ex:

Carbonici 64, 18 partibus.

Azoti 7, 95 "

Hydrogenii 6, 88 "

Oxygenii 20, 99 "

Proprietates Veratrini sequentes exhibentur. Est pulvis albus; color enim flavescens impuritatem indicat, forsitan ab adhaerente materia extractiva, aut Veratrino in statu salis. Odor nullus est; sapor acerrimus, non amarus. In aqua vix solvitur. Aq. ebulliens enim milles-

mam tantum partem solvit. Facillime contra, Alcohol idem efficit. Funditur, si exposita sit, secundum Meissner, Pelletier, Caventou et Thénard (1) calori 50° centigr., secundum Couerbe 115° centigr. Ipse autem nescit, unde haec differentia pendeat. Cerae similis tunc evadit et refrigerata, succinum quodammodo refert. In vase aperto igni exposita, decomponitur et magnam carbonis quantitatem relinquit; quae, incinerata, omnis fere dispareret. Colorem restituit infusionis Heliotropii, Acidis rubefactae. Excepto Acido nitrico, saturat Acida, quibuscum salia plane crystallabilia formari, negant auctores primum citati, affirmat Couerbe.

A ceteris Alcaloïdeis, emetinâ exceptâ, differt Veratrinum, quod in crystallinam formam redigi non potest. Emetina autem Acido nitrico resinae rubro-brunneae formam accipit, Veratrinum autem eo non afficitur. Hanc proprietatem etiam habent Chininum, Cinchoninum et Picrotoxinum, a quibus Veratrinum, licet jam diversum forma sua pulveris, sequenti modo distinguitur:

(1) Cff. loc. citt.

Picrotoxinum non solvitur in Ac. Acetico dil., cetera quidem. Chininum solvitur in Aethere sulphurico, Veratr. et Cinchon. minime. Denique concutiendo cum Alcohole frigido non rectificato, facile solvitur Veratr., difficillime vero Cinchon. Aut refrigerando solut. utrorumque Alcaloideorum in Alcohole ebulliente, Cinch. crystallos formabit, Veratrinum autem formam pulveris accipiet (1).

Ex sententia W. Vasmer, Ac. sulphuric. fumans est egregium reagens Veratrini. Illud Acidum (cum alio Ac. sulphuric. id non obtinetur) in solutionem, quae $\frac{1}{300}$ veratr. continet, producit colorem rubrum, amethystae similem, profundorem, si ei major insit quantitas Alcaloidei. Aqua hunc colorem statim destruit (2).

Quae de praeparatione Veratr. jam dixi, sufficient. Orfila ac Magendie praeparationem indicant, quam Pell. et Cav. secuti sunt (3).

(1) Cf. Trommsdorff, N. Journal der Pharmacie. 1830, Bd. XX, Stück 1, p. 139.

(2) Cf. Brandes Archiv. für Pharmacie. Band. LI, pag. 74.

(3) Cf. Eléments de Chimie etc. par Orfila. 5^{me} edition, 1831, tom. 2, pag. 260.

Thenard tantummodo infusione aquosa Sem. Sabadilleos uti, eique acetatem plumbi ceteraque addere jubet (1); qua vero agendi ratione, fortasse minor quantitas Veratr. acquiritur.

Compositio sequens est: (2).

Carb. 66, 75.

Az. 5, 04. (3)

Hydrog. 8, 54.

Oxyg. 19, 63.

§ 4. *Experimenta de Veratrini effectu in animalia.*

Etiamsi chemicorum Gallo-Francicorum dissensus de Veratrini praeparatione ac proprietatis nondum ab omni parte fuerit solutus, pergere tamen convenit ad experimenta, quae proprius nostrum argumentum spectant, quibus

Magendie, Nouveau formulaire etc. cuius exstat versio Belgica: Voorschrift tot de bereiding en gebruik van vele nieuwe Geneesmiddelen. 1822, pag. 40.

(1) Cf. Traité de Chimie etc. par Thénard. 5^e édition. 1827. tom. III, pag. 737.

(2) Cf. Thénard, loc. laudat. pag. 728.

(3) Pelletier et Cavent, in Opp. Citt. contendunt, Veratr. Azoto carere.

scilicet primum effectus Veratrini, in organismum animalem, fuit exploratus.

Praeïvit hac in causa Cl. Magendie cujus experimenta a Cl. Andral commemorantur (1). Haec quidem spectant effectum acetatis Veratrini; veruntamen procul dubio ex iis ad ipsius principii alcaloïdei actionem concludi potest, quam imo efficaciorem etiam esse suspicaremur.

In nares canis injectum acetum veratrini, violentam sternutationem excitavit, cum effluxu muci sanguinolenti. Sequentibus verbis refert Magendie, quomodo ad hoc experimentum fuerit perductus: »voici ce qui me fit songer à faire cette expérience: plusieurs personnes qui assistaient à mon cours de Physiologie expérimentale sur l'action des Médicaments, voulurent connaître les propriétés physiques de la vératrine, et, en conséquence, goûtèrent et flairèrent cette substance. Presque immédiatement après elles furent prises d'un éternument très fort, et qui continua plus d'une demi-heure.

(1) Cf. Journal de Physiolog. experim. par Magendie 1821. tom. 1, pag. 65.

C'est alors que je mis de la vératrine dans la narine du chien, qui se mit aussitôt à éternuer, de sorte, que pendant assez longtemps, les assistans et l'animal firent connaître de la même manière les propriétés sternutatoires de la substance, et montrèrent que, sous certains rapports, les animaux ne diffèrent point de l'homme."

In os immissum, salivationem copiosam provocavit. Si in intestini quandam partem inducebatur, statim contractio sequebatur, cum muci, per anum et vomitum, copiosa dejectione. Eadem symptomata sequebantur si gr. ij in pleuram, tunicam vaginalem, aut venam jugularem injecta fuerant, quibus supervenerunt respiratio accelerata, convulsiones, tetanus et mors.

§ 5. *Effectus, post Veratrini adhibitionem in homine observati.*

Consentient omnes auctores de actione hujus principii efficacissima in membranas mucosas. Simulac particulae minimae attingant conjunctivam oculi, irritatio et lacrymatio mox sequuntur; quando inhalantur, purgatio et vomitus.

In cutem integrum applicatum, titillationem, calorem, et levem rubescentiam excitat. Turnbull (1) testatur, haec symptomata, quae non oriuntur nisi a Veratrino puro, post usum per aliquod tempus protractum, obtineri in toto corpore; quod a ceteris auctoribus non confirmatur, saltem non post inflictionem in cutem integrum, qua methodo T. semper usus est. Imo secundum eum, interdum oriuntur motus involuntarii aliorum, quam cum Veratrino tractorum muscularum, imprimis oculi et faciei.

Si methodo endermatica applicatum fuerit, brevi vehemens sequitur inflammatio, anxietas, conamina vomendi, convulsiones.

Interne sumptum ad $\frac{1}{10}$ gr. purgat, cum doloribus et symptomatibus spasmodicis. Usus externus, ex sententia Turnbullii, obstructionem affert.

(1) An investigation into the remarkable Medical effects, resulting from the external application of veratria, by Alex. Turnbull. M. D. Second Edition. London, 1834.

Translationem Belgicam curavit Doct. J. Turk. M. D., quae versio edita fuit Trajecti ad Rhenum, 1835.

Eâ quum certe magis cognita est, quam ipsum opus originale, in comparando usus sum. Libellum Turnbullii, magna laude Germaniae communicavit Dr. S. G. Vogel, in Caspers Wochenschrift, 1834, №. 13.

Dissentient auctores de virtute diuretica Veratrini. Turnbull dicit, illam virtutem non observari, nisi in quadam corporis parte serum sit collectum. Doct. Ebers autem, qui magnam seriem observationum communicavit (1) testatur, se in omnibus neurosibus, Veratrini ope sanatis, uropoësin insigniter auctam vidisse. Contra, licet in pluribus, in nonnullis tamen hydropicis, hunc effectum non observavit, quare Veratrino vim hydragogam efficacem adscribit.

Quoad rationem quâ agit Veratrinum, Ebers defendit opinionem, illud agere immediate in sistema nerveum, idque excitando, et sedando. Virtutem diureticam etiam huic systemati in actionem ducto adscribit.

§ 6. *De morbis, in quibus exhibitum fuit Veratrinum.*

Turnbull Veratrinum absque ulla contrain-

(1) In Caspers Wochenschrift für die gesammte Heilkunde, 1835. №. 46, 47, 48 und 49.

Schmidt's Jahrbücher der gesammten Medecin. 1836, №. 10, p. 10.

Moll en v. Eldijk, practisch Tijdschrift. 13 Jaargang, pag. 325.

dicatione praescribit in affectionibus cordis et systematis circulatorii, in neuralgiis, prosopalgia, arthritide, rheumatismo, paralysi, amaurosi, hydrope, osteocopis et tumoribus scrophulosis.

Nunquam aliquid mali Veratrini adhibitionem sequi videbat. Bis irritatio aucta fuit; post sepositum medicamentum autem, haec cum toto morbo disparuit.

Fatetur tamen ipse, interdum Veratr. non profuisse. Dolendum igitur, quod, hos casus negligens, felices tantum eventus protulerit.

Doct. Ebers terminos arctiores reddit usus Veratrini. Propter actionem medicamenti in nervos, hoc indicatum dicit in eorum morbis, idque eo magis, quo magis determinate singulares nervi sese offerant, uti in prosopalgia, hemicrania, ischiade nervosa, hypochondria nervosa, hysteria, hydrope, cuius causa est in laesa dynamismi harmoniâ.

Ejus usum defendit in inflammationibus, etiam chronicis. Prudentiam vero commendat in irritatione; nec bonos effectus sperandos esse refert, in desorganisationibus, ulcerationibus, ac

indurationibus. Veratrinum profuturum in rheumatismo, tantummodo credit, si majores nervorum trunci affecti sint; imo quando dolores rheumatici, uti in ischiade rheumatica, vagi sunt, ac saepe locum mutant, nullum auxilium optari debere a Veratrini adhibitione.

. § 7. *De modo, quo Veratrinum a variis Auctoribus adhibitum est.*

T u r n b u l l illud semper adhibuit forma unguenti, cuius unc. j. continebat Veratrini gr. ij—xx. Illud unguentum bis vel ter de die per 5'—15' infriicari debuit, in loco affecto, quod tamen ad sanationem non absolute requirebatur, uti docent duo exempla, in quibus paralysis palpebrae superioris sanata fuit, propter Veratr. in alio corporis loco, contra aliud morbum, applicatum.

Interdum, uti in prosopalgia, hanc infractionem jussit tamdiu instituere, donec dolor immutatus fuerit. E b e r s usum Veratrini internum tentavit, ab eo autem desistere, propter vehementem actionem in intestina, coactus fuit.

Praeter eundem modum, quo Turnbull, saepe Veratrinum adhibuit methodo endermaticâ. In ulcere, vesicatorio facto, Veratrini gr. ij applicuit. Effectus quidem maiores hunc adhibitionis modum sequebantur, sed ob graves molestias, pag. 18 memoratas, aegri vulgo implorabant, ut huic adhibitioni finem imponeret.

§ 8. *De Veratrini effectu in affectionibus systematis circulatorii.*

Exhibuimus generatim § 6, quibusnam in morbis, usum praestiterit nostrum medicamentum. Convenit igitur jam singulatim disquirere, quid in singulis effecerit. Initum fiat ab ejus effectu in systematis circulatorii affectionibus (1).

Huc pertinent novem casus, quos Turnbull refert morborum absque et cum vitiis organicis; in ulteriori casu autem, sanationem minus perfectam esse, vidit. In omnibus observabantur respiratio difficilis, tussis, decubitus in dorso impeditus, dolor in brachio sinistro, somnus subito interruptus, extremitates frigidae, tumidae,

(1) V. Op. laud., pag. 12.

anxietas, palpitatio cordis, pulsus parvus, celer, lipothyminia, sensus oppressionis et angina, pectoris; eaque symptomata non recentia erant, sed omnia inde a 5—17 annos perduraverant; neque sibi relicta fuerant, sed remediis fortissimis, at frustra, debellata. Neque levia, sed omnia gravia et complicata cum aliis malis, deprehendebantur. Quod autem palmam Veratrino plane decernit, non longâ aut difficili curatione haec mala vicit, sed post secundam inflictionem (quod imo de hypertrophiâ parietum ventriculi sinistri valuisse fertur !) (1) pro parte, et intra hebdoden plane abstulit. In uno tantum homine, qui per 7 annos laboraverat palpitationibus cordis, anxietate, pulsu intermittente, frigore, inflictione prima symptomata augebantur, post duas autem dies, omnino cesserunt, nec redierunt.

§ 9. *Veratrini effectus in neurosibus.*

Inter has affectiones, plurimae constant observationes de Veratrinae adhibitione in prosopalgia

(1) Cf. Op. laud. vers. belgic, pag. 31 seqq.

Fothergillii. Turnbull commendat in hoc morbo ung. cum Veratr. gr. XX—XL in Axung. porc. unc. i. infricandum per 10—20' in loco dolente, bis vel ter de die; vel eousque, ut irritatio inde nata, aequivaleat dolorem (1). Dolorem totum nervum occupantem facilius, quam qui in puncto fixo haeret, sanari refert. Certum et celere auxilium semper promittit, ad quod probandum 7 casus affert, vehementia et duratione mali diversos, inter quos ubi per plures annos, imo ad 36 usque, duraverat. Prima infriktio semper fere auxilium tulit. Paucae deinde aliae formam et gradum paroxysmorum valde et cito imminuerunt atque sugarunt. Ut in casibus, praecedenti § relatis, etiam in his multa alia medicamenta, Strychnina, Morphina frustro tentata fuerant.

Alii auctores, quod referre convenit, hasce laudes confirmant. Ita Doct. Brück (2) casum refert mercatoris Hollandici, qui per aliquot annos hoc morbo laboraverat, ac Veratrini

(1) In Op. citat. pag. 39.

(2) In Caspers Wochenschrift, 1835, №. 2.

ope curatus, illud medicamentum miraculosum nominavit, quia eo dolores statim sedare poterat.

Ebers (1) narrat 4 casus memorabiles proso-palgiae. Levioribus dosibus autem (gr. X in Axung. unc. j.) sanationem obtinuit. Semel fortiori indigebat dosis gr. XX, qua dolores tollebantur, quae, gr. ij. bis de die Methodo endermaticâ applicatis, frustro erant debellatae. Denique Doct. Johnson quoque 4 observationes sanationis, acqui-sitae ope ung. unc. j. cum Veratr. scr. ij. com-minucavit (2).

Doct. Turnbull (3) unum refert casum he-micraniae, quae jam 7 annos perstiterat. Obser-vandum autem est in hoc casu, quod dolor tantummodo disparuit una infriktione, in ea parte faciei, ubi haec instituta fuerat.

Idem auctor magnum levamen observavit dolorum, qui apud duas feminas in dorso aderant tempore menstruationis. Una infriktio cum ung., in quo Veratrini gr. XX, huic sufficiebat; ter

(1) In Opp. citt.

(2) In Medico-chirurgical Review. July, 1834.

Frotiep's Notizen. Band 43, pag. 302.

(3) I. c. pag. 56.

eundem effectum vidit in dolore partis inferioris columnae vertebralis; cuius causam aut naturam non refert.

Majoris momenti sunt observationes Doct. Ebers (1) in choreâ St. Viti partiali. In puella 9 annorum, hoc morbo laborante, cuius causam Ascarides accusavit, jam frustra adhibita fuerunt, Ox. Zinci, Valeriana, Extract. Hyosc. Extrac. Alcoh. sem. Sabadill(2), aliaque remedia; sed infriktio cum Veratrini gr. X. in Ax. porc. unc. j. juxta columnam vertebralem, morbum magnopere emendavit, non tamen plane sustulit, quare praeterea balnea et motus frequens deficientem sanitatem restituerunt.

Momenti plenae sunt duae observationes, a Doct. Ebers relatae, hypochondriasis et hysteriam spectantes. Licet non absolute per se, sed in combinatione cum aliis medicamentis sana-

(1) In Opp. cit.

(2) Hoc extractum se ei valde efficax praestitisse in morbis verminosis, testatur auctor. Semel Chorem St. Viti ex hac causâ curavit bono eventu, cum, postquam aeger per 24 horas nil consumperat, ei praebuisset gr. XXIV hujus Extract. Post aliquot horas potus laxans superingestus fuit, quibus 21 lumbici expellebantur.

tionem attulerunt, efficaciam tamen salutarem Veratrini in his morbis ostendunt.

In primo aegro, qui per longum tempus labaverat gastricismo, indigestione, febre, animo depresso, et inde valde emaciatus morti videbatur proximus, methodo endermaticâ, gr. ij. Veratr. de die, in scrobiculo cordis applicabantur, ut sic nervorum actio quae depressa videbatur, excitaretur. Cum symptomatibus vulgaribus maximo gradu, uropoësis copiosa intravit. Loco ipsius Veratrini jussit, eodem tamen modo, infricare Veratr. gr. iv—vij in Axung. porc. unc. j. qua agendi ratione, cum eodem effectu, medicamentum minus molestum fuit. Hac curatione optatus acquirebatur effectus. Intra 38 dies, aeger, licet non plane firmus, tamen sanus, Nosocomium reliquit. Eundem statum valde emendatum functionum intestinalium abdominis, a statu normali valde aberrantium, cum emaciatione et hysteria conjunctum, observavit. Etiam hic urinae excretio valde aucta fuit. Bis de die per 5' ung. ex Axung porc. unc. j. et Veratr. scr. β in abdomen infricari jussit.

Praeterea pluries Veratr. praestantiam, in

excitandis nervis systematis chylopoëtici obser-
vavit.

**§ 10. *De Veratrini efficacia in Rheumatismo
et Arthritide.***

Turnbull Veratrinum tum in Rheumatismo acuto, tum chronicō adhibuit. Dubitat, an quidem opus esset, (quod tamen fecit), ut huic applicationi, in acuto casu, curatio antiphlogistica praecedērent. In his autem casibus unguentum, minori quantitate, infricatum fuit in superficie irritata; quando semper imminutio tumoris et doloris sequebatur.

Refert tres casus rheumatismi acuti, in quibus apud viros robustos et puerum tenerum articulationes erant rubrae, tumidae, calidae, dolorificae. Febris aderat, pulsus plenus, celer, cutis calida, motus extremitatum impeditus.

Una infrictio sufficiebat ad morbum plane re-
frenandum; interdum secunda requirebatur ad
ultimum vestigium dimovendum.

Idem fere valet de 6 observationibus Rheu-
matismi chronicī. Sanatio magis minusve per-

fecta, plerumque mox post inflictionem incepit, interdum aliquando longior fuit.

Utebatur ung. cum Veratrini gr. X—XX. Alia medicamenta simul adhibita esse, non refert auctor. Doct. Ebers non ad easdem conclusiones speciosas sese pervenisse, ingenue fatetur. Attamen quinque refert historias hominum, rheumatismo chronico, arthritide vaga aut acuta liberatorum, in quibus, praeter ung., in cuius unc. j. Ver. gr. V erant, usus est vino colchici et in uno, Aconito. In omnibus uropoësis augebatur, et sanatio obtinebatur quidem sed tarde. Arthritis acuta sanata fuit Veratr. ope, simulac digestio in normam rediit.

Dicit, praeter illa, quae supra, et pag. 20 retulimus de conditione requisita ad curandum rheumatismum, aegros, eodem tempore hoc morbo laborantes, at non Veratrino curatos, difficilius sanationem recuperasse, quam Veratrino usos.

§ 11. *De Veratrini adhibitione in paralyse.*

Turnbull unicus est, qui Veratrinum in hoc morbo tentavit in 4 casibus; quod autem, desi-

deratur in numero observationum, compensatur earum momento. Prima observatio agit de viro 44 annorum, hemiplegiâ dextra, post apoplexi-
am, laborante. Durantibus 5 mensibus, variis medicamentis tractatus, nec brachio nec crure ea efficere potuit, quae voluit. Facies dextra etiam paralytica erat. Axung. porc. unc. j. cum Veratr. gr. XV. bis de die per 5' infribata ad colum-
nam dorsalem, et per 3' ad partes affectas, intra hebdomadem, brachium et faciem fere ad normam reducebat. Post duos menses, nullum adfuit morbi vestigium. Vir 70 ann. afficie-
batur paralysi lateris dextri, quae per duos men-
ses sibi reicta fuit. Accedebat Rheumatismus,
quo sanato, paralysis aucta reperiebatur, ut etiam crus sinistrum afficeret. Una vero infrietio cum ung. unc. j., in quo gr. XX Veratr., tempore matutino per 20' instituta, sufficiebat, ut ante vesperam sine ullo incommodo, ingredi posset.

Casus 3 et 4 agunt de paralytica affectione faciëi et levatoris palpebrae superioris, mox Veratrino curatâ. Imo posterior, infribando alium Veratrino, ipse sanatus fuit.

§ 12. *De Veratrini usu in hydrope.*

Tur n bull putat, Veratrinum in hydrope tan-
tum prodesse, si causa hydropis sit sublata, et
hâc devicta, collectio seri remanet. Eam ergo,
primum curare, praecipit. In hydrope saccato
et ovariorum minus efficax esse videtur.

Profert 3 observationes hydropis universalis,
in duabus cavitatibus inferioribus et cute. In
omnibus omnia diuretica et drastica frustra erant
tentata. In duabus mors instabat; una infrixtio
Veratr. gr. iv. sufficiebat ad urinam valdopere
augendam, quae parvis tantum dosibus Veratrini
ita evacuata fuit, ut unus ante 3 hebdomades, alter
intra 8 dies, et tertius, apud quem amici, jam
mortem mox appropinquaturam, expectabant,
post 3 dies sanatus domum reliqueret. Apud hunc,
aliquo remedio diuretico simul se usum fuisse,
refert auctor. Dolendum est, quod non refert
causas horum hydropon; inprimis quia hanc,
(uti certe in omnibus curationibus) tanti faciat,
ut postea denuo, de industria redeat ad moni-
tum, supra de curando hydrope datum.

Hydrops ovariorum, diuresi aucta, bis, intra
5 menses sanatus fuit.

Doct. Ebers Veratrino adscribit virtutem spe-
cificam hydragogam. In hydrope vero, secundum
hunc auctorem, non semper urinam depellebat,
nec, quando haec omnino sequebatur, hydrops
evanuit, Constanter scilicet, ubi adest vitium or-
ganicum, febris valida, et vires valde exhaustae
sunt, Veratrinum morbum non sanat, nec nisi
unum symptomatum minuit, humorem nempe de-
pellendo.

Refert nunc 6 casus valde complicatos et
ehronicos, in quibus, plerumque absque urina
auctâ, mors miserias finivit, Testatur autem,
se in fere omnibus casibus, ubi simplex ana-
sarca, et etiam ascites adfuit, egregium auxilium
a Veratrino vidisse (gr. V—X in unc. j. vel me-
thodo endermaticâ). Varios narrat casus hy-
dropis anasarca ex febre quartana, physconiâ
lienis et hepatis, ex scarlatina, omnes fere
intra 22 dies sanatos. In 24 aegrotantibus 15
sanati domum petiere, in uno levamen attulit,
apud 8 mors intrabat, quorum dimidia pars antea
urinam auctam experta fuit.

D^s. Fricker (1), qui etiam autumat, non nisi causa hydropis emendata, juvare Veratrinum, aquam expellendo, tres casus leviores adfert, post diuresin auctam hoc remedio sanatos. Contra D^s. Späth (2) refert, se bis Veratrino, tanquam diuretico, usum fuisse, nullum vero effectum observasse, licet gr. L. applicata fuis- sent. Item Doct. Brück frustra (3) adhibuit Veratr. in ascitide et anasarca, cum pectoris morbo complicata.

§ 13. *De Veratrini auxilio in Amaurosi
et morbis scrophulosis.*

Praeter casus relatios, Turnbull dicit, se bis auxilium a Veratrino vidisse in amaurosi, cuius tam causam non refert. Assuadet autem unguen- tum satis forte infricare ad frontem. Haec etiam va- lent de virtute Veratrini, osteocopos imminuente.

(1) Würth. Correspond. Blatt. Bd. VI. №. 21.

Schmidt's Jahrbücher. 1837. №. VI, pag. 286.

(2) Würth. Corr. Blatt. Bd. VI. №. 43.

Schmidt's Jahrb. l. l., pag. 287.

(3) Casper's Wochenschr. 1835. №. 2.

Testatur se illam plures observasse. Denique, propter bonum effectum, quem idem auctor ab adhibitione Veratr. videbat in tumore articulorum Rheumatismo orto, hoc medicamentum etiam tentavit in struma, in glandulis induratis, bubonibus etc., ubi saepe Jodium frustra fuerat adhibitum, idque cum bono eventu (1).

Haec igitur praecipua mala sunt, in quibus Veratrini laudabiles, imo omni exspectatione majores, perhibentur effectus, quales si reputemus, est profecto quod cum Vogelio exclamemus: welcher Arzt sollte nicht wünschen, dass die gerühmten Leistungen der Veratria, immer und überall, die Probe hielten (2).

(1) Schmidt's Jahrb. 1836. №. 12, pag. 280.

(2) Caspers Wochenschrift. 1834, №. 13.

PARS POSTERIOR,

SISTENS OBSERVATIONES, QUAS NOBIS INSTITUERE
LICUIT, DE ACTIONE VERATRINI MEDICA, CUM
ADNEXA IISDEM EPICRISI.

Postquam in priore hujusce dissertationis parte ea exposuimus, quae et ad historiam Veratrini botanicam ac chemicam referuntur, et quae spectant observationes medicas de ejus usu, imprimis a Doctt. Turnbull et Ebers relatas, convenit, ut jam ea tradamus, quae nobis ipsis observare licuit. Experimenta autem cum medicamento, tantis laudibus, ut vidimus, elato, instituimus imprimis in variis nosocomiis, ad quae nobis aditus patebat, propter insignem Virtutum Clarissimorum, qui iis praesunt, humanitatem. Alia enim Amstelodami collegi, in Nosocomio Sancti Petri, tum in sectione Chirurgica,

tum in sectionis medicae parte. Alia autem experimenta feci in Nosocomio militari, quod informandis scholae medico-militaris alumnis in Belgio Septentrionali inservit, atque habetur in hac urbe Rheno-Trajectina. Aliis denique observationibus nobis patebat Nosocomium clinicum, Academiae nostrae alumnis destinatum. Accedunt observationes particulares, quas amicis, Viris doctt. debui. Gratum igitur mihi erit, deinceps singulatim memorare, quorumnam Virorum benevolentiae singulos illos casus gratos referam.

Hac autem ratione 16 observationes collegi, quas, absque omni partium studio, prouti annotatae fuere, ingenue sum relatus neque exagerata utilitate, quam Veratrinum nobis praestit, neque silentio praetermissâ frustraneâ aut nociva ejusdem adhibitione. Spectant omnes illae morbos systematis motorii atque sensibilis. His enim imprimis accommodatum esse remedium nostrum, ex praecedentibus satis comprehendum habemus. Tria autem praecipue sunt morborum genera, ad quae referenda sunt historiae nostrae. Scilicet quinque priores (I—V) rheuma-

tismum spectant, tam acutum quam chronicum, quinque subsequentes (VI—X) varias neuralgicarum species, denique, sex ultimae (XI—XVI) diversos paralyticorum casus.

Relatis singulatim his observationibus, ad conclusiones quasdam generales perveniemus, quas *Epicrisi* nostra complectemur. In hac igitur ultima opusculi parte videbimus, quid generaliter ex iis, quae observata sunt, efficere liceat, quoad Veratrini actionem et localem et generalem. Simul autem facultas nobis erit verbo dijudicandi, quid de auctorum, qui nos praecesserunt, sententia, circa momentosum hoc argumentum, probabiliter sit statuendum.

Nunc vero initium nobis fiat ab iis morborum historiis, quae rheumatismum spectant.

OBSERVATIO I.

Rheumatismus pedis. Curatio partialis.

H. v. S. Ancilla constitutionis tenerae, postquam frequenter exposita fuerat refrigerationi, in locis humidis opus suum perficiens, initio

M. Septembris affiebatur dolore obtuso, interdum lacinante plantae pedis sinistri. Sequentibus diebus malum increscebat. Ingressus mox plane impeditus. Tempore vespertino dolores aucti. Diaphoretica et linimentum volatile camphoratum parum tantum profuere. Postquam malum per 8 hebdomades perduraverat, et per 14 dies ultimas, nullis remediis retentum, denuo increverat, ei praescripsi:

R. Veratr. gr. iij.

Axung. porc. unc. β.

m. f. ung.

d. s. bis de die inflic. per 5'.

Post inflictionem jam primam dolor immunitus, et tertio die ab omni dolore expers fuit cum circulatione et urinae secretione aucta. Remansit tantum lassitudo pedis, quam usus unguenti denuo praescripti, per 3 dies sequentes protractus, plane sustulit. Post 6 hebdomades rediit morbus, sed intra aliquot dies sponte evanuit.

OBSERVATIO II. (1)

*Rheumatismus humeri. Sanatio Veratrini ope
frustra tentata.*

J. B. femina 32 ann. constitutionis cachecticae, forsan syphiliticae, postquam frequenter exposita fuerat aëri frigido humido, initio M. Nov., corripiebatur doloribus rheumaticis in parte dextra dorsi, scapula et brachio hujus lateris. Diaphoretica auxilium attulere optatum. Die autem 27 ejusdem mensis, auxilium petiit in Nosocomio urbano Amstelodamensium, accusans dolorem obtusum in parte superiore humeri sinistri, pressione auctam, et motum brachii valde impeditum. Restitit morbus diaphoreticis et inflictioni cum unguento Neapolitano.

Die 22 Dec. eam inveni in eode statu versantem. Dolor autem magis circumscriptus occupare videbatur ligamentum claviculam inter et

(1) Hancce aegram observare mihi benevole concessit Doct. Rive, cui cura partis nosocomii Amstelodamensis est demandata. Idem valet de observationibus. VII et VIII.

ossis humeri partem anteriorem. Ei praescribitur:

R_p Veratr. gr. vj.

Axung. porc. unc. β

m. f. ung. d. s. bis de die inflic.

Symptomata solita adhibitionem sequebantur: calor et titillationis sensus, cum apparente emendatione post primas infractions. Frustra autem fuit Veratrini adhibitio ad finem Januarii protracta, licet dosis aucta fuerit ad gr. xx in Axung. unc. j., et usa sit aegra unguenti unc. ijβ. Urinae secretio autem non aucta. Nullus capitis dolor, nec concussions in brachio, nec alvi obstipatio.

OBSERVATIO III.

*Rheumatismus acutus, auctus Veratrini
adhibitione.*

F. J. Miles, annos 39 natus, constitutionis robustae, temperamenti sanguinei, laboravit rheumatismo acuto, brachia, lumbos et crura occupante, cum palpitatione cordis et sensu

ardoris interni. Postquam per aliquod tempus ei Aconitum fuerat praescriptum, idque cum levamine, iustituebatur in regione lumbari infriktio cum unguento ex Axung. porc. unc. j. et Veratr. gr. x. Postero jam die dolores in illa regione valde increverant. Palpitatio cordis insigniter aucta, et pulsus multo durior, plenior. Seponitur infriktio. Imminuuntur quodammodo symptomata post venaesectionem et adhibitionem Nitrat. pot. Diu adhuc morbus perrexit.

OBSERVATIO IV.

Dolores vagi. Usus Veratrini nocivus.

V. d. H. Miles, annos 29 natus, post morbum syphiliticum et haemoptoën perpessum, diurna habitatione in nosocomiis valde debilitatus, in Nosocomium militare, quod Ultrajecti est, recipiebatur, accusans dolores errantes in fronte, pectore et cruribus, sensumque oppletiōnis in pectore, cum pulsu paululum accelerato. Post varia adhibita medicamenta, ei prescribitur:

Ro Veratr. gr. x.

Axung. porc. unc. j.

s. bis de die in fronte et pectore infric.

Post biduum, dolor capitis, pectoris et crurum imminutus, sensus autem oppletionis et anxietatis in pectore adeo auctus, cum arteriarum pulsationibus 116 in minuta prima, ut ab ulteriori infractione desistere cogamur. Augentur denuo dolores. Pulsus celeritas minor fit, uti et oppressio.

Tribus hebdomadibus praeterlapsis, haemoptoe corripitur.

OBSERVATIO V.

Rheumatismus chronicus. Auxilium a Veratrinio temporarium.

H. S. Musicus militaris, annorum 29, temperamenti sanguinei, constitutionis robustae, post refrigerium, M. Aug. 1836 susceptum, infestatur dolore, dorsum et musculos pectoris et abdominis occupante. Per 4 menses frustra adhibentur diaphoretica, narcotica, imo Acet.

Morphii, methodo endermatica scil. Non nisi interdum remissio levis obtinuit.

Initio mensis Decembris, ei infricandum in locis dolentibus datur ung. ex Veratrini gr. x et Axung. porc. unc. j. Cujus usu per 2 menses protracto, dolores ita imminuebantur, ut respiratione facilior redderetur, et, licet non diu, tamen instrumentum musicum, *clarinet* dictum, tractare posset. Intemperies, vel ventus adversus malum semper auxit. Nulla symptomata, praeter vulgaria durante curatione observabantur.

Hos tres aegros, ultimum memoratos, observare mihi benevole concessit Doct. Quar in Willemier, Chirurgus Militaris primi ordinis, qui sectionis curam gerit aegrotantium, in Magno Nosocomio Militari Rheno-Trajectino decumbentium. Licet duae priores historiae videantur esse minoris momenti, aliquid tamen valent ad probandam quandam Veratrini virtutem, ad quam in Epicrisi nobis redeundum erit.

OBSERVATIO VI.

Veratrinum frustra adhibitum in neuralgia brachii.

Puella 20 ann., initio mensis Decembris 1836, Nosoc. urbanum, quod Amstelodami est, et in eo, partem, curae Viri Clariss. Tilani traditam, petiit, querens de dolore, occupante brachium dextrum a fossa axillari, juxta latus brachii internum, ad digitos se extendente. Motus illaesus. Frustra diaphoretica, frusta vesicatoria in suppurationem redacta fuerant. Post tres (inde ab introitu) hebdomades, vulneribus Vesicatorii sanatis, ei bis de die infricandum datur ung. ex Veratrini gr. xx in Axung. porc. unc. j.

Infractione per 2 dies protractâ, evanuit dolor totius brachii interni, pertinax vero mansit per 14 dies in fossa axillari, loco tendinis capitis interni musculi bicipitis, quo tempore, infractione per. 6 dies sepositâ, dolor ille fixus, spatio 2 dierum evanuit, post usum Camphorae gr. viij.

Nulla symptomata alicujus momenti durante infractione, praeter calorem, titillationis sensum,

et magnam sensibilitatem brachii post infractionem observata sunt.

OBSERVATIO VII.

Ischias postica. Auxilium a Veratrino.

G. H. juvenis 19 annorum, lanionis famulus, m. Septembri 1836 calefactus, aquae immersus est. Post 8 dies febre corripitur quotidiana, qua in Nosocomio Amstelodamensi liberatus, statim post accusavit dolores in ambobus cruribus, eosque a clunibus ad pedum digitos, partem posticam occupantes. Motus valde difficilis.

Vesicatoria ad femora, et Tart. Emetic. interne datus, levamen aliquod attulerunt cum diaphoresi notabili et dolorum imminutione. Febre sublatâ, dolores vehementiores. Vesicarium suppurans tenetur, et simul ei, a febre libero, 12 Dec. praescribitur:

R_p Veratr. gr. vj.

Axung. porc. unc. β .

m. f. ung.

D. S. bis de die infric.

Die 14 Dec. tempore matutino, (ergo post quartam inflictionem) crura inveniebam ab omni dolore expertia. Motus fere restitutus. Vulnera suppurantia vesicatorii (quae vero ab unguento libera mansere) magis laeta, dum antea laxa videbantur. Quibus 6 dierum spatio sanatis, valens, nosocomium reliquit, nec adhuc rediit.

Durante inflictione, circulatio et urinae excretio aucta. Ceterum nil abnorme observatum.

OBSERVATIO VIII.

Ischias antica. Sanatio incompleta.

S. H. Vir 32 annorum, constitutionis robustae, die 24 Dec. auxilium petiit, querens de dolore, decursum sequente nervi cruralis cruris dextri, jam 10 hebdomades perstante, a refrigerio orto, motum impediente, cum febre irregulari conuncto. Ceterum bene valet. Ei praescribitur Veratr. gr. vj et Auxung. porc. unc. β , modo, jam saepius memorato, infricandum.

Usque ad diem 3 Januarii A. 1837, unguento. jam bis repetito, inflictio id effecerat, ut dolor

per crus superius quodammodo imminutus es-
set, et motus aliquantulum facilior redditus. Do-
lor vero pertinax et imprimis pressione satis ve-
hemens sub arcu crurali restitit, nec infriktio,
ad diem 17 Jan. protracta, illum morbi statum
mutavit, licet saepe lancingiones et titillationem
internam observaverit aeger, quem deinde cum
copiosa diaphoresi camphora sanavit.

Nulla, durante infriktione, symptomata memo-
ratu digna deprehendebantur. Febris non aucta.

OBSERVATIO IX.

Prosopalgia diuturna. Sanatio completa.

Die 8 Aug. 1836 Doct. Verschoor Goesae
medicinam exercens, cuius benevolentiae hanc
observationem debeo, advocabatur ad virum 46
annorum, qui, antea sanus et robustus, 2 an-
nis ultimis emaciatus erat, laborans prosopalgia
jam inveterata, continuo vero auctâ, ac resis-
tentи omnibus, quae tentata erant, medicamentis.
Pars faciei dextra, valde emaciata, quam maxi-
me dolorifica. Musculi oris spasmodice contracti.

Dolor interdum remittebat. Tempore vespertino exacerbatio, cum lancinationibus inde a processu zygomatico ad omnes partes lateris dextri faciei. Cibos solidos masticare non valuit. Fluidis tantum utebatur. Ei praescribitur :

R_o Verat. gr. x.

Axung. porc. unc. β.

m. f. ung.

D. S. 3 de die inflic. in loco dolenti.

D. 9 Aug. Eadem conditio. Paroxysmi autem minus vehementes.

D. 10 Aug. Idem. Adduntur unguento Veratrini gr. x.

D. 12 Aug. Cum magno levamine dolorum in genis observavit ardorem et titillationis sensum in iisdem.

D. 14. Aug. Dolores valde imminuti. Perstat caloris sensus. Paroxysmus vespertinus fere nullus, somnus prima vice quietus.

D. 16 Aug. Ab omnibus doloribus expers, laetus restituta sanitate gavisus est, nec dein horrendo illo malo infestabatur.

OBSERVATIO X.

*Prosopalgia sanata per externum Veratrini
et internum narcoticorum usum.*

N. femina Bommelae in Betavia vivens, 40 ann., temperamenti nervosi, constitutionis debilis, per aliquot annos infestabatur variis affectionibus spasmodicis et rheumaticis. M. Nov. 1837 laboravit dolore pedis sinistri, a quo inopinato liberata, corripiebatur dolore lancinante perforante vehementi faciei partis sinistrae. Nervina, cortex, hirudines nullum attulere auxilium.

Doct. Prins, M. D. mihi amicissimus, qui mihi hanc observationem retulit, aegram d. 14 Jan. 1837 visitans, eam miserrimam inveniebat, psychice et physice exhaustam, malo illo quam maxime dolorifico, cum longis paroxysmis saepe redeunte. Praescripsit:

R_p Veratr. gr. ij.

Axung. porc. dr. iij β .

m. f. ung.

S. bis de die inflic. in loco dolente per 10^r.

Simul ei vicissim adhibebantur pulveres ex Belladona et Aconito.

Mox post adhibitum Veratrinum titillationem observavit et doloris imminutionem. Paroxysmi leviores parcus rediere. Sensim Veratrini dosin ad gr. vij in axung. unc. j auxit, eo effectu, ut post 4 hebdomades sanata esset aegra. Recidiva post 2 hebdomades intrans, solummodo Veratrini ope curata et cito sublata fuit.

ORSERVATIO XI.

Paralysis imperfecta. Adhibitio Veratrini frustranea.

G. J. B. annorum 46, navis mercatoriae praetor, m. Januarii a. 1836 in nave occupatus erat, quum crus ejus sinistrum, circumvolveretur chorda, qua navis retinebatur. Crus leviter distorquebatur, et remansit impotentia ad motum imprimis ad extensionem cruris et flexionem pedis, firme perficiendam. Diaphoretica et balnea topica frustra adhibebantur. Stimulantia, verberatio cum urticis et linteis, aqua marina imbutis, nec non

ung. c. Oleo Laurino et Tereb, leve tantum auxilium attulere. Impotentia cruris, tempore, quo eum primum visitabam (15 Dec. 36), valde emaciati, ingressum difficillimum reddebat. Sensus illaesus. Per 6 hebdomades ei unguentum dedi ex Veratr. gr. viij-xx in Axung. porc. unc. j, quo inflictiones instituit per 15' bis de die, ab osse sacro, per totum crus et pedem. Formicationis sensus, concussions in crure affecto, sensus roboris aucti tempore matutino, et facilis cruris diaphoresis, secunda hebdomade, spem aluerunt, nos finem optatum obtenturos esse. Post sextam vero hebdomadem, in eodem adhuc versabatur statu, symptomatibus non ulterius emendatis, quare ipse aeger protracto Veratrini usui renunciavit.

OBSERVATIO XII (1).

Motus et sensus extremitatum inferiorum plane deperditus. Amenorrhea. Veratrini adhibito, quam sanatio fere perfecta secuta est.

Johanna Maria Lugt, 19 annorum, temperamenti nervosi et constitutionis tenerae, infans laboravit ulceratione chronica cruris sinistri, febribus intermittentibus, et, inde ab anno aetatis 15, menstruatione inordinata, parca. D. 23 m. Julii a. 1836 recipiebatur in Nosocomium chirurgicum Amstelodamense, curae V. Cl. Tilani mandatum, accusans ophthalmiam rheumaticam oculi sinistri, ortam post exanthema ad frontem sponte sanatum; qua ophthalmia, methodo refrigerante diaphoreticâ, sanata, exsudatum in corneâ superstes frustra usu externo Merc. Sublim. Corros. fuit debellatum. Per annum $\frac{1}{2}$ jam laboravit amenorrhea, unde congestio ad caput pectusque. Hisce accessit dolor

(1) Hanc observationem memorabilem plenius exposui, quia novum praebet argumentum, qualia saepe singularia et explicatu difficilia symptomata offerant systematis nervei affectiones.

in genu dextro, sese mox ad totum crus, pelvime-
que extendens, et 1 Oct. etiam crus sinistrum
afficiens. Ne minima quidem pressio in his locis
ferri potuit. Perspiratio cutanea fere nulla.
Alvus valde tarda. Interdum affectiones hyste-
ricaæ, imo bis lipothymia obtinuere.

Die 8 Oct. digitos pedum insensiles movere
nequit, quae symptomata quovis die adscende-
runt. Articuli, ne ab adstante quidem, moveri
possunt; rigidissimi sunt.

Die 16 Octobris dolorem sentit pungentem
localem in latere sinistro, ad costam octavam,
tussi parum, sed pressione multum auctam. Raro
remissio, nec nisi exigua, symptomatum obtinuit.

Durante omni hoc tempore usa fuerat pedi-
liviis, sinapismis ad femora. Quinquies hirudi-
nes, numero 8, ad genitalia applicata fuere. Prop-
ter congestionem ad pectus, bis vena fuit secta;
sanguis autem missus nullam monstravit crus-
tam phlogisticam. Alvus promovebatur clysmati-
cum et mixturae laxantis ope.

Emetica diu refracta, et ter plena dosi ad-
hibita, vesicantia ad femora, in suppuratione
retenta, cucurbitae cruentae in latere affecto,

et cruribus, decocta diluentia, cum stipitibus dulcamarae, balnea tepida et vaporosa, licet transpirationem copiosam afferentia, omnia irrita.

Infrixtio cum unguento mercuriali in cruribus unicum fuit, quod paululum profuit ad dolores imminuendos. Propter incipientem autem salivationem ea seponi debuit.

Die 17 Dec. eam inveni in statu sequenti. Habitus externus bonus. Facies colorata calida. Oculus sinister obscurus maculâ in cornea. Labia rubra. Lingua humida rubra. Pressio ad latus et abdomen auget dolorem, ibi fixum. Idem obtinet in cruribus, usque ad dimidium femoris. Pars vero inferior, crus et pes carent sensu, motu et calore naturali. Nullus tumor. Observandum, partem cruris, antequam paralysi afficiebatur, valde dolorificam esse. Si digito premente, vel instrumento pungente crus attingeretur, nil sensit; dum, quando punctum, parte jam paralytica aliquantulum modo altius, illâ insciâ, attigerim, clamores edidit dolorificos. In utroque crure, pari passu, haec symptomata progrediebantur.

Cephalalgia cum gravedine; in pectore sensus

oppletionis; interdum spasmus, et palpitatio cordis. Pulsus parvus, mollis, acceleratus. Appetitus imminutus. Sitis. Digestio bona. Alvis valde tarda. Urina parca, limpida. Somnus inquietus.

Die 21 Dec. Ei praescribitur:

R_p Veratr. gr. viij.

Axung. porc. unc. j.

M. f. unguent.

D. S. bis de die infricandum inde ab osse sacro,
juxta crurum partem posteriorem, et internam
femoris, et ad locum in latere dolentem.

Levem calorem sentit post frictionem in singulis partibus per 5' protractam; in parte autem inferiori cruris insensili ad $\frac{2}{3}$ fere femoris nil observabatur, praeter ruborem mox transeuntem.

Die 24 Dec. omnia in statu pristino. Repet.
ung. c. additione Veratr. gr. jv.

Die 26 Dec. nulla mutatio. Repet. ung. c.
add. Veratr. gr. jv.

Die 28 ej. m. Dolore in latere sinistro aucto,
desistitur a fricione in illo loco. Ceterum omnia eadem. Praescribitur ung. ex Veratr. gr. xx
in Axung. porc. unc. j.

Die 30 Dec. Insensilitas progressa ad ligamentum Poupartii. Repet. unguentum ultimo praescr.

D. 31 Dec. Tempore matutino crura sudore tecta, ab adstante elevari et in genubus, articulisque pedum et digitorum flecti possunt. Sibi relicta, inertia decumbunt. Perstat insensilitas perfecta.

D. 1 Jan. 1837. Dolor abdominis, lateris et capitis auctus.

D. 2 Jan. Durante nocte menstruatio incepit cum levamine dolorum memoratorum, sanguis excretus naturalis. Repet. unguentum.

D. 3 Jan. Menstruatio per 24 horas modice perduravit. Nunc autem cessat. Magnum levamen dolorum. Absque mixtura solitâ, sedes habuit, quantitate et qualitate naturales.

D. 4 Jan. Dolores capitatis et lateris imminuti. Repet. unguentum.

D. 6 Jan. Crura semper sudore madida. Alitus non soluta post diem 3.

Praescr. igitur ung. et mixtura laxans.

Infriktio tantummodo instituitur in regione lumbarum columnae dorsalis.

D. 10 Jan. Queritur de dolore brachii sinis-

tri. Albus absque laxante soluta. Repet. unguent.

D. 11 Jan. tempore vespertino hora 8. Valida febre affecta est, quae hora 6 cum frigore, per $1\frac{1}{2}$ horam protracto, inceperat. Insignis capitis et brachii sinistri dolor; lateris dolor nulus. Albus tenuis, frequens.

D. 12 Jan. tempore matutino. Durante nocte multum sudavit. Stadio frigoris intrante, percepit titillationis et pulsationis sensum in parte superiori crurum, ad longitudinem 2 poll. ab areu crurali, quae pars nunc sensu gaudet, imo dolorifica est. Cutis madida. Remissio febris. Seponitur frictio.

Hora 12 exacerbatio intravit cum iisdem symptomatibus. In stadio frigoris, quod per horam $\frac{1}{2}$ duravit, pulsatio et titillatio cum remanente sensilitate denuo $1\frac{1}{2}$ poll. progressa. Albus eadem ac die 11.

D. 13 Jan. Tempore matutino. Durante nocte iterum febrem validam passa est, cum iisdem symptomatibus. Albus non deposita. In urina, quantitate non auctâ, depositum est sedimentum mucosum. Sensilitas $1\frac{1}{2}$ poll. progressa in

stadio frigoris. Remissio febris est. Perstat capitis et brachii sinistri dolor.

Tempore vespert. Denuo febricitat, licet mite. Albus durante die non soluta. Sudor. Sitis. Sensilitas progressa.

D. 14 Jan. Febris durante nocte. Nunc intermissio perfecta. Urina absque sedimento. Sensilitas ad medium femoris progressa.

D. 15 Jan. Febrem non passa est. Urina profundius colorata.

Sequentibus diebus omnino valuit. Appetitus viget. Sitis imminuta. Albus non solvit, nisi remedii laxantis ope. Urina quantitate non aucta, durante die missa, profundius colorata et nubeculam habens. Capitis et brachii dolor imminutus. Pulsus parvus mollis. Lateris nullus dolor. Abdomen dolet pressione. Sudor crurum valde copiosus. Sensilitas post praegressum pulsationis et titillationis sensum localem quotidie circiter $1\frac{1}{2}$ poll. prorumpit, pari passu in ambobus cruribus.

D. 21 Jan. Omnibus iisdem, sensilitas jam ad tibiam prorupit. Nunc ipsa genu movere potest. Crus inferius immobile. Stare nequit.

D. 25 Jan. $\frac{2}{3}$ partes tibiae sensilitate gaudent. Stare potest, et instrumento quodam nitens progredi, licet vacillans, tremula et pedibus quasi protractis.

D. 3 Febr. Tandem sensus et motus totius cruris redeunt, juxta determinatas quovis die, dimensiones; obambulare valet, sine alio impedimento, nisi defatigationis mox intrantis, quae sequentibus diebus multum fuit emendata.

Infriktio inde a die 12 Jan. non fuit instituta.

Die Febr. 4. Congestiones ad cerebrum et pulmones; dolor in hypochondrio sinistro revertuntur. Menstruationis periodo instante, hirudinum ad genitalia instituitur applicatio.

Menstrua non apparent; accedit vero catar-rhus pulmonum; augetur dolor in crure; epistaxis observatur.

Die Febr. 6. Unguenti cum Veratrino inunctionio ad femorum internam faciem denuo instituitur, quam post biduum sequitur menstruorum fluxus parvus, cum doloris tum in hypochondrio, tum in crure evanitione; mastodynbia vero sinistra, ante biduum orta, perdurat.

Menstrua per biduum duravere; non rediit

molestus in latere nec in crure dolor; continuo vero manet querela de dolore mammae non turgidae nec rubrae, sed levissimum etiam attactum metuentis.

Alvi tarditas continuum exigit resolventium et eccoproticorum usum, inter quae scopo optime respondent Infus: sol: sennae concentrata, cum addito Oleo amygdalarum.

Mammae neuralgiae opposita est Camphora, quae ad gr. β ter de die propinata, initio nullas, post continuatum vero per 8 dies usum, magnas molestias, nauseam et vomitum excitavit, et seposita est.

Ad finem mensis Februarii praeter levem dolorem in cantho oculi externo, titillatio crurum, et gressus incertus denuo accessere. Hinc, propter brevi instantem menstruorum periodum, inunctio ung. Veratrini ad femora fuit repetita, quam autem orgasmus et congestio, nullus vero fluxus uterinus, secuti sunt. Disparuit tandem omnis motus extremitatum inferiorum turba, ita ut aegra mense Martii continuo obambularet; abdominis turgorem, et alvi tarditatem medica-menta amaro-salina, subinde Calomel cum ra-

dicis Rhei pulvere debellarunt; mammae neuralgia sensim disparuit.

Die 11 Aprilis satis valens dimissa est filia, non autem restituto catameniorum fluxu.

OBSERVATIO XIII.

Paralysis post spondylarthritidem. Haemoptoe. Febris intermittens. Veratrini adhibitio. Spes boni eventus. Adhibitio protracta impedita.

F. B. puella 22 annorum, temperamenti sanguinei, ante aliquot annos haemoptoën passa, anno 1835 corripiebatur febre nervosa, a qua revalescens initio a. 1836 infestabatur dolore acuto vertebrae lumbaris tertiae, dein formicationibus in cruribus, mictu et alvi excretione perdifficili, quae symptomata in dies increvere. Post 13 hebdomades malum primum dignoscitur, et aegra hanc ob causam tradita curae Viri Cl. Tilani, in Nosocomio chirurgico Amstelodomensi. Dolor lumborum eo tempore obtusus; in cruribus defectus motus et sensus. Urina nisi

catheteris, nec alvus nisi clysmatum unc. xvij-xxiv, ad colon usque inductorum, ope, solvebatur. Menses regulares. Habitus bonus, non emaciatus. Rubor genarum et labiorum. Tussicula. Pulsus parvus, modice celer. Appetitus viget. Sitis.

Cauterium ex aqua fervida regioni lumbari applicatum, et suppuratio per 2 menses protracta, nullum attulerunt auxilium, praeter levem titillationis sensum in crure dextro. Ob incidentem haemoptoën m. Octobris vulnera suppurantia clauduntur.

Abstinebatur ab omni curatione locali usque ad diem 23 Dec. 1836, quando ei, symptomatis notatis iisdem, praescribitur:

Ro Veratr. gr. viij.

Axung. porc. unc. j.

M. f. ung. infric. bis de die ad vertebram lumbarem 4-5'.

Repetitum fuit unguentum die 27 Dec. Nullus autem sequebatur effectus praeter calorem, et titillationem in superficie.

Die 31 Dec. add. ung. Ver. gr. jv, et die 5 Jan. 1836 praescribuntur gr. xvij in Axung. unc. j.

Nunc primum observavit lancinationes inde a columna vertebrarum, nervum ischiadicum per clunes ad trochanterem majorem cruris dextri usque sequentes. Ceterorum symptomatum nulla mutatio.

Jam per longum temporis spatium alternis diebus, tempore vespertino, per 3-4 horas febricitat. Die autem 6 Jan. valida afficitur febre, quae crescendo dicibus 8, 10 et 12, licet cum intermissionibns perfectis redibat, et cum symptomatibus solitis decurrebat. Durante hocce tempore lancinationes in crure dextro quotidie auctae fuere, quantitate et qualitate, et progrediendo attigerunt femur, genu, tibiam et die 11 digitos. Bis in quadrante horae percipiuntur subsultus hujus cruris, involuntarii. Sensilitas et motus voluntarius nullus. Formicatio-
nis sensus tantummodo ad trochanterem pro-
grediebatur. In latere et crure sinistro nihil
percipitur.

Die 11 Jan. repet. ung. ultim. praescr.

Die 13 Jan. Tempore matutino, post remis-
sionem 4 horarum valida febre affecta est, cum
capitis dolore, pectoris oppressione et tussi-

insolita. Pulsus plenus, durus, celer. Menstruatio copiosa solito citius intrat. Desistitur ab infriktione. Tempore vespertino, post remissionem brevem, nova exacerbatio.

Die 14 et 15 Jan. Brevis tantummodo remissio obtinuit. Menstruatio cessat.

Ei praescribuntur demulcentia, diluentia. Symptomata memorata in cruribus imminuuntur.

Diebus 16 et seqq. remissionses longiores fiebant, et die 19 febris denuo typum assumpsit tertianum. Capitis dolor, pectoris oppressio et tussis imminuta.

Die 22 Jan. Infriktio instituitur cum ung. ex Veratr. gr. xvij. Eodem die, lancinationes et subsultus in crure dextro, valde denuo immuniti, augebantur.

Sequenti vero die febrili 23 Jan., febris longe major fuit, quam diebus 19 et 21, cum capit is dolore, pectoris oppressione, tussi et pulsu pleniori, celeriori. Semel de die infriktio instituitur, a qua autem plane desistere cogimur, cum etiam die 24 Jan. valida febre corripiatur. Postquam per duas dies unguentum fuit sepositum, exacerbationes sensim minores fuerunt, et febris

tertiana denuo intravit. Symptomata in crure dextro imminuta. Post 14 dies, cum febris tertiana ultra horas 3 non durasset, nec pectoris oppressio, nec tussis infestarent, et pulsus esset mollis, parvus, et lancinationes et formicatio in crure dextro non amplius observarentur, denuo adhibetur Veratrinum modo solito. At post duas dies febris exsurgit, et eadem, ac prioribus vicibus, symptomata intrabant, et nos invitatos, coegerunt deinceps a curatione desistere, quae in initio spem dederat, virginem a malo infelissimo liberandi.

OBSERVATIO XIV.

*Hemiplegia dextra et aphonia ex animi patthe-
mate. Auxilium parvi momenti a Vera-
trini adhibitione.*

Sequens historia, non minus relatione digna ex momento psychico, quam medico, egregie docet, quantopere differant effectus perniciosi continui vitae taedii ac vehementis animi pathematis in organismum humanum.

D. v. D. virgo aequa formosa ac suavis, 20 annos nata, quo sacro amore ipsa ardebat juvenis, rure degentis, aedes paternis vicinas inhabitantis, eodem se a juvene amari existimabat. Non erat, quod de ipsius fide dubitandum esse duceret. Quidni igitur totam sese ipsi daret; a quo se decipi posse, ne succurrebat quidem ante mentem. Nihil erat, quod illi, cuius tanto flagrabat amore, non concederet, ne vetitum quidem. Eheu! perfidiam! quum puellam spectata pudicitiae laude privasset, proximarum nuptiarum suavi spe propositâ, illam gravidam prorsus desebat.

Anno 1834 Amstelodamo, quo post partum, nutricis munere functura, secum tulerat prolem, a patre negatam, redibat. Augebat ipsam, juvenem, qui, femineo amore et debilitate abusus, in tot tantasque aerumnas ipsam dejecisset, nihil nunc ipsam curare. Aegra animo et corpore per aliquod tempus medicorum auxilio utebatur. Ars tamen aegritudini, vim vitalem debilitanti, remedium opponere non valebat.

Anni 1835 maximâ jam parte praeterlapsâ, misera viribus exhausta, domum trahebat pedem

debilem. Ubi cum per paucos dies esset morata, nuntius repente ipsi affertur, juvenem illum, quem amare nunquam desiverat, et ad se aliquando redditum speraverat, fidem alii praestitisse, nuptiarumque vinculo cum illa esse conjunctum. Quanta antea tristia subiérat, tantae calamitatis moli, subito ingruentis, impar erat misera. Tremor ipsam capit. Aquae desiderium indicat. Porrigunt parentes ipsi, quod petierat, febrem vehementem instare, arbitrati. Bibit. Nec vocem, nec motum amplius edit, nervorum actio desiit, et jacebat infelix illa, et motus et vocis usu destituta.

Venaesect. hirudines et G. Asae foetid. irrita fuere. Reactio in hoc corpore plane desiderabatur. Cibum non petiit, nec eo indigere videbatur. Excretiones involuntariae. Post tres ita peractas hebdomades vita fere exstincta rediit. Intestina primum munere denuo fungi videbantur. Motus extremitatum lateris sinistri restituitur.

Mense Martio 1836 in illo statu versans suscepta fuit in Nosocomium Academicum Trajectinum. Corpus reficitur bona cura et diaetâ

restaurante; dum misericordia, infelici praestita, et alloquium suave animum tranquillum redde-rent, cui mutationi optatae lectio librorum, de religione Christiana agentium, quibus valde de-lectabatur, haud parum attribuit.

Ipsa morbi symptomata sensim emenda-
fuerunt usu infus. flor. arnic. et rad. valerianae,
ita quidem, ut die 5 Febr. 1837 eam invenirem
in statu sequenti. Habitus externus bonus. Ge-
nae rubescentes. Oculi alacres. Digestio bona.
Respiratio et circulatio regulares. Pulsus non
sentitur in brachio dextro. Menstruatio natu-
ralis. Brachium dextrum superius difficulter
attollit. Pars inferior, uti et manus, semper
spastice rigidae, haec clausa. Extensio digitorum
ab adstante difficillime perficitur. Ipsa nul-
lum instituere potest motum. Motus cruris
dextri valde impeditus, imprimis partis inferioris
et pedis, qui, uti et digiti, introrsum est con-
tractus. Progrediendo crure describit semicir-
culum. Latus sinistrum sanum.

Satis distinete et voce quodammodo altâ loqui
potest, quae ei praedicta sunt; difficiles tamen
ei sunt litterae *r.* et *kw.*

Per 14 dies omnia medicamenta seposita fuerunt. Die memorato ei praescribitur:

R_p Veratr. gr. vj.

Axung. porc. unc. j.

F. ung. Fiat bis de die infriktio juxta laryngem,
et latus exterius brachii inferioris, manūs,
cruris et pedis.

Jam secundo die post inflictionem, titillatione
et calore secutis, manus et pes sudore madida,
calida fuerunt. Manum mox post inflictionem
facilius aperire potuit. Postea vero rigiditas
rediit, quod etiam obtinuit, si animi pathemate
afficiebatur, e. g. quando inopinatim conclave
intrabam, dum facilius digitos extendere potui
post breve colloquium.

Post 8 dies brachium et crus doluerunt,
pressione instituta, juxta decursum nervorum,
etiam in parte superiori, ubi infriktio non
instituebatur. Tempore matutino rigiditas ma-
jor quam vesperi. Formicationis et titillationis
internae sensus. Subsultus brachii. Capitis
dolor.

14 dies post primam inflictionem menstrua-
tione gaudet, solito citiore et longe copiosiore

Postquam infriktio per mensem circiter fuit protracta cum ung. ex Veratr. gr. xij in Ax. porc. unc. j. ad diem 5^m repetitum, symptomata paululum emendata fuere.

Per hebdomaden infriktio seponitur. Pergit formicationis sensus, at desunt concussio et sub-sultus. Pristina rigiditas rediit. Dolor capitis, brachii et cruris imminuuntur. Non amplius sudant manus et pes. Ut extensorum ἐνεργεία fortius excitaretur, Veratr. gr. x in alcoh. rectif. q. s. solvere jussi, quo facto obtinebatur unc. j. liquidi incoloris, transparentis, quod infrikan-dum fuit in locis monitis per 2'. Symptomata producebat longe majora iis, ab unguento petitis. Ceterum ejusdem sunt generis.

Post aliquot dies epistaxi copiosa et frequenti afficitur. Pulsus in brachio sinistro, ceterisque locis plenus, durus. Menstruatio singulis 14 die-bus rediit. Infriktione per 5 dies seposita, omnia ad pristinum statum vergunt. Iterum in-stituta, redeunt, quam ob causam cum tanto sanguinis deperditione debilitaretur, dolor bra-chii et cruris infriktionem molestissimam redde-ret, nec auxilium nisi parvum et vagum mox

transiens observaretur, ab hac curatione desistere statuimus. Usa fuit unc. iij solut. Alcohol.; symptomata, in initio morbi accusata, quodammodo emendata fuerunt. Motus autem extremitatum et praesertim extensio digitorum valde molestus; etiam postea formicationis sensus observabatur. Loquela fortior, facilior, omnia praedicta rite effari potest, imo longiora; quod, numne adscribendum sit medicamento, an exercitationi, saepe a commilitonibus repetitae, valde dubitandum.

Observatione dignum est, quod famulus, qui inflictionem instituebat et de adhibitione unguenti nil observaverat, sternutatione et lacrymatione corripiebatur, durante inflictione solutionis Alcoholicae. Praeterea sensit rigorem et fortitudinem praeter naturalem (*Thäthigkeitsäusserung nach aussen*) in brachio, quo inflictionem instituebat, et in crure ejusdem lateris. Post horam autem dimidiam haec symptomata evanescabant.

OBSERVATIO XV.

Hemiplegia sinistra. Veratrini adhibitio.

Auxilium imperfectum.

B. v.D. 45 annorum, textor, constitutionis robustae, die 15 Dec. 1836 lectum relicturus, postquam praecedente die ab alto lapsus fuerat, miser pater familias hemiplegiâ perfectâ sinistrâ correptus fuit.

Primum domi, dein in Nosocomio urbano Rheeno-Trajectensi ei porrigitur inf. flor. arnic. et pro usu externo linim. volatile, idque cum felici eventu. Motus brachii et cruris paulisper rediere, ita quidem, ut non ita diu post, licet difficulter, manum ad collum elevare potuerit. Digi-
ti difficillime fleetuntur. Crus introrsum et postrorsum movere valet. In ambulando autem digitos pedis elevare nequit, qui semper humum tangunt. Nullus formicationis sensus. Appetitus viget. Alitus regularis. Sepositis medicamentis memoratis, ei praescribitur:

Rp Veratr. gr. xv.

Axung. porc. unc. j.

M. f. u. S. bis de die per 5' inflic. ad partem sinistram vertebrarum cervicalium 6 et 7 et lumbarium 4 et 5.

Symptomata communia, calor et titillatio, sequabantur.

Post duas dies querebatur de concussionibus per extremitates sinistras et formicationis sensu per brachium. Alvus non soluta. Capitis dolor. Anxietas. Adhibetur Elect. lenitiv.

Post alvum sequenti die depositam, bene se habet.

Sine ulla symptomatibus memoratione dignis curatio protracta fuit cum ung., in cuius uncia tandem gr. xxv Veratr. continebantur. Alvus deinceps regularis, uti antea, semel de die, absque adhibito laxante. Concussiones et subsultus in extremitatibus sinistris frequentes, bis in brachio dextro, observabantur. Motus impeditus sensim emendatus fuit, imprimis manus facilius et paululum firmius claudi potuit. Deinceps autem ei praescripsi:

R_p Veratr. gr. x.

Solv. in.

Alcoh. rectific. unc. j.

D. S. bis de die infric. in locis supra monitis.

Minores effectus observavit, quam ab unguenti adhibitione, licet ter de die infriktio instituere-

tur. Bis repetitur solutio. Quamvis autem symptomata jam saepius memorata eam adhibitionem sequerentur, ad finem optatum nos adducturam esse curam, dubitavimus, quia nunc demum manum ad caput elevare potest, idque adhuc perdifficile et tremule, dum ingressus quidem facilior, sed adhuc vacillans perficitur. Hinc seponitur Veratrini ulterior adhibitio. Denuo adhibetur inf. flor. arnic. et infriktio cum linim: volat. Cujus ope cum pergente formicatione, at desinentibus concussionibus et lancingationibus, intra 8 dies, manum supra caput adducere valuit absque tremore.

Apud famulum, qui infractionem instituebat, eadem observanda fuerunt, quae in casu praecedenti memorata sunt.

OBSERVATIO XVI.

Hemiplegia sinistra. Veratrini adhibitio.

Nullum auxilium.

A. v. de M. Sutor, annos 55 natus, constitutionis phlegmaticae, antea sanus inopinatim die

26 Dec. 1836 corripitur tremore digitorum brachii sinistri, deinde ipsius brachii, muscularum faciei lateris dextri et linguae, nec non immobilitate cruris sinistri. Sequenti die paralysis brachii perfecta. Ceterum valuit. Post medicamenta, ei a medico praescripti, usum, motus involutarius faciei et linguae desinit. Die 2 Januar. 1837 in Nosocomio hujus urbis suscepto ei praescribitur infus. flor. arnic. et pro usu externo linim. ex sapon. amm. et tinct. canthar. Mobilitas extremitatum paulisper rediit. Die 16 Jan. translatus fuit ad Nosocomium academicum, ubi infus. flor. arnic. additur Aeth. nitric. Alcoh. et linim ex ol. cajap. cum spir. ror. marin. et Aq. rorismar. quae lotio brachio et cruri insinuantur, dum ad scapulam, versus vertebram cervicalem sextam, apponitur emplastr. vesicat. suppurationis scopo. Sub horum medicamentorum adhibitione mobilitas cruris adeo emendata fuit, ut, licet vacillans, tamen paululum ingredi brachiumque leviter attollere valuerit. Digi autem immobiles. Nulla formicatio.

Die 6 Febr., ceteris sepositis et vulneribus a vesicatorio sanatis, ei datur ung. ex Veratr. gr.

xx in Axung. porc. unc. j modo solito utendum,
quod cum gr. xxv et xxx ter adhuc repetitum,
ac deinde adhibitio solut. Alcohol. memoratae,
nullum attulere auxilium. Concussiones frequen-
tes et crebra formicatio, palmam manus autem
non transgredientes, unice observabantur, quae
post sepositum medicamentum etiam desiēre. —
Suscipiebatur hoc tempore in aedibus quibus-
dam pietatis Christianae. Repetita infriktio cum
linimento supra memorato, licet infructuosa, for-
micationem revocavit.

EPICRISIS.

Absoluta observationem expositione, quas de medica Veratrini actione instituimus, ad gravissimam pensi nostri accedimus partem, ut, quid ex iis concludi possit, efficiamus. Qua in causa, ad tria imprimis attendemus momenta:

I. Ad Veratrini praeparationem atque prescribendi rationem;

II. Ad effectus generales, qui hujus medicamenti adhibitionem sequi solent;

III. Ad Veratrini usum medicum variis in morbis.

De singulis singulatim videamus.

Quod remedii nostri attinet praeparationem,

non est, quod theoreticae ejus dijunctioni inhaeret. Etenim in tali causa encheiresis sola est, quae pronunciare sententiam valeat. Hoc autem notandum, me perquam fuisse studiosum, ut Veratrinum adhiberem admodum purum; monitorum memor, quae dederunt Doctt. Turnbull et Ebers: a Veratrino scilicet impuro nullos salutares effectus esse sperandos. Praeter fidem igitur, quam summo jure Pharmacopolis habeo, a quibus Veratrinum accepi, et examine instituto, vidi, hoc omnibus proprietatibus, quae illi tribuuntur, satisfacere, et effectus physiologicos producere, qui, juxta Turnbullum non nisi a Veratrino puro exspectari possunt, calorem imprimis ac titillationem.

Semel in unguenti unc. j. conjungebantur, me conscientio, gr. x Veratrini albi puri et gr. x Veratrini flavo-brunnei. Symptomata memorata caloris et titillationis ab aegro, compositionis hujus unguenti inscio, longe minori gradu percipiebantur. Veratrinum illud minus purum in Alchohole solutum, liquori etiam colorem flavo-brunneum communicabat et materiem gummo-

sam flavescentem deponebat, quae Acidō nitri-
co solvebatur.

Quoad variam formā, qua Veratrinum ad-
hibui: Ter usus sum solutione saturata Alcohō-
lica (Observatt. 14, 15 et 16). Nec tali ratione
ut de ejus praestantia p̄ae unguento plane judi-
care possim. Unguentum autem mihi videtur
poros opplere, et idcirco minus facile absorbe-
ri, dum contra Alcohol irritando absorptionem
promovet. Testis sit famulus qui nil perceperat
cum ung. inficaret, sensatione autem molesta
afficiebatur post applicatam solutionem Alcoholi-
cam (Observatt. 14 et 15).

Praeterea, in paralysi morbisque analogis praē-
ter actionem nervorum imminutam, et hâc, et
motūs defectu, obtinet imminutio muscularum
energiae, in quâ Axung. porc. emolliendo mi-
nus bene, Alcohol vero excitando, firmando,
apte agit. Hisce momentis solutio Alcohólica
praestat unguento. Obstat vero facilis Alcoh.
evaporatio, aucta calore sub infractione orto,
quâ magna liquoris quantitas deperditur. Prae-
terea, quod non major quantitas quam gr. x
Veratrini solvi possit in Alcoholis unc. j, unde

quantitas medicamenti praescribenda limitata est, dum in ung. tantum immitti potest, quantum requiritur.

De majori efficacia solut. Alcoh. haec proferre possum; fortius egit unc. j solut. cum Veratr. gr. x, quam eadem quantitas ung. cum Veratr. gr. xij (Observat. 14); minus autem quam ung. cum gr. xx-xxv (Observ. 15 et 16). Solutio ergo efficacior est quam ung., si eandem contineant nostri medicamenti quantitatem.

Methodo endermaticâ Veratrinâ uti nunquam ausus sum, propter dolores intolerabiles, et symptomata graviora (1), hanc adhibitionem sequentia (2), quae praeterea mox impeditur inflammatione vehementi in loco denudato ortâ (3).

Effectus generales, adhibitione Veratrinae producti, sequentes sunt. Primum, quod constanter ab omnibus aegris observabatur, fuit

(1) Cf. Schmidts Jahrbücher, 1836, №. 10, pag. 13.

(2) Cf. Turnbull, op. cit. pag. 9.

(3) Cf. Journal de Physiol. etc. par Magendie, tom. I, pag. 67.

caloris sensus circiter 4' post inflictionem valde auctus, qui autem, solutione Alcoholica adhibita, continuo apparebat, cum titillatione imo sensu urente conjunctus. Durabat per 15'—30', quae differentia tum a dosi, tum ab individui sensibilitate, tum a loco inflictionis, sed imprimis a frictione longiore et fortiori dependere mihi visa est.

Haec omnia ipse expertus fui, cum experi-
menti causa, in faciē aliisque locis, cute tene-
riore tectis, inflictionem instituerem. Nil autem
sensi, quando palmā manus inflictionem, imo
per horam dimidiam, apud varios aegrotantes
institui. Differentiam, inflictionem solut. Alcoh.
inter, et unguenti, jam supra memoravi.

Hae autem sensationes post aliquot dies im-
minui videntur, ita quidem ut singulis 4-5 die-
bus gr. ij-jv unguenti unciae 1 addi debeant,
ad acquirendos eosdem effectus.

Color ruber, durante infractione ortus, mox
transit. Nunquam cutis irritationem sequi vidi,
semel tantummodo aliquot pustulae applicationis
loco proveniebant, cito vero disparuere, licet in
earum propinquitate Veratr. applicaretur.

Alter effectus hujus medicamenti fuit sensilitas aucta, non tantum in loco applicato, sed etiam in ejus prolongatione. In parte extremitatis applicatum, haec tota doluit levissima pressione; ultra hanc autem sensilitas non infestavit, quod testatur Turnbullus per totum corpus obtineri, una cum caloris et titillationis sensu, quando Veratrinum satis diu sit adhibitum; cui conditioni casus 12 et 15 satisfacere mihi videntur; in quorum uno Veratrini gr. 150 in altero gr. 175 adhibebantur.

Saepius, imprimis in paralyticis observabatur formicationis sensus, convulsiones, lancinationes, imo interdum subsultus involuntarii. Vulgo die 2-4 post inflictionem, haec symptomata sensim intrabant, incipientia a columnna vertebrali, et decursum nervorum in extremitatibus sequentia. Semel palmam manus non transgrediebantur (Observ. 16). Ad ea acquirenda, nil interfuit, num infriktio institueretur, loco exitus nervorum, an in medio extremitatum: eodem modo semper sequebantur (Observ. 14, 15 et 16).

In uno tantum aegro (Observ. 15) semel, id que adhuc minoris momenti, has concussions, in

alio quam infriato corporis loco, observavi,
quod tamen, sub conditione supra memoratâ,
semper obtineri refert Turnbullus.

Ei autem concedo dicenti, haec symptomata
post sepositam inflictionem, etiam cito desinere.
In uno casu (Observ. 14) remansit formicatio,
in altero rediit, (Observ. 16) post adhibitum lini-
mentum stimulans; quod certe probat actionem
fugacem Veratrini.

Mirandum sane, medicamentum tam acre,
quod, interne sumptum, adeo drastice agit, ut,
cum experimenti causâ deglutiisset gr. jv un-
guenti in cuius unc. j fuere Veratr. gr. xvij, post
8' sedes haberem copiosas, nulli aliae rei adscri-
bendas, externe licet copiose, datum, nullum
in intestinis effectum habere nocivum. Turn-
bullus putavit, hunc usum potius obstructionem
afferre, quod mihi in uno aegro, semel tantum,
contigit (Observ. 15).

Quoad Veratrini vim in excretiones: urinac ex-
cretionem bis auctam vidi (Observ. 1 et 6). Licet
ergo non probatam credam virtutem ejus diureti-
cam, a Doct. Ebers valde laudatam, nequaquam
tamen confidere audeo sententiae Turnbulli,

Veratrinum urinam non promovere, nisi hic vel illuc serum sit collectum. Dubito enim, hanc conditionem in casibus memoratis obtinuisse, et mihi non contigit tales observare aegros, in quibus ille morbus manifestus erat (1).

Ds. Ebers hanc virtutem imprimis observavit in hysteria, hypochondriasi aliisque neurosibus, in quibus facile diuresin auctam intrare, unicuique cognitum est. Licet ergo, in his valere possit: „seine sehr bedeutende Hydragogische Wirksamkeit ist nur eine Secundäre, durch das Nervensystem vermittelte (2),“ dubitarem tamen, hanc sententiam admittere in omnibus casibus.

(1) Ante 3 fere annos, in Nosocomio nostro academico hydrope universali laboranti, post alia medicamenta frustra tentata, Veratr. gr. viij in Axung. unc. j, usu externo praescribebantur. Tribus diebus post, moriebatur, absque urina aucta. Autopsia instituta nullum monstrabat serum in thorace aut abdomine collectum, cujus indicia durante vita, aperta fuerunt. Anne in hoc casu Veratrinum egisset circulationem promovendo (vide infra pag. 85) una cum absorptione seri, cuius secretio in renibus non peracta fuit, horum inertiae; tunc sane magni esset momenti, in hydrope Veratrini usum conjungere iis, quae specialiter in haec organa agunt.

(2) Ebers, in Schmidt's Jahrb. 1836. №. 10, pag. 11.

Ad probandam hanc, quam supra monui, virtutem Veratrini, circulationem sanguinis promoventem, referre quaedam mihi liceat, in diversis aegris observata, huc spectantia. In rheumatismo acuto (Observ. 3), adhibitione Veratrini augentur dolores, palpitatio cordis, et pulsus durus, celer, plenus.

In 2 haemoptoïcis, et huic morbo adhuc valde disposita, sequebatur post adhibitionem Veratrini, oppressio pectoris et pulsus acceleratio, quae symptomata, post sepositum medicamentum, imminuta sunt (Observ. 4 et 13).

Apud unam aegrotantem (Observ. 12), amenorrhea per 9 menses laborantem, menstruatio intravit, et apud duas alias (Observ. 13 et 14) valde aucta fuit, cui in ultima accessit Epistaxis copiosa durante Veratrini usu.

In his omnibus saepe accusabatur cephalalgia. Jam supra autem dixi de diuresi ex eodem fonte aucta. Numne autem huic proprietati irritanti adscribendus esset habitus valde emendatus et laetus ulceris, a Vesicatorio orti, flacci, in ejus circuitu Veratinum infricatum fuit, dubium est (Observ. 7). Majori jure hinc derivanda facilis

diaphoresis partium, quibus Veratrinum applicabatur, saepius majori minorive gradu observata, et memorata in Observatt. 11, 12 et 14. Dum praeterea, febris intermittentis mutatio in remittentem (Observ. 13) totiēs, quotiēs in femina irritabili Veratrinum applicaretur, eīdem actioni hujus remedii, videtur adscribenda.

Tertio demum loco considerabimus, quales effectus sunt nostri medicamenti, in curandis aegris, quorum curam gessimus. Si ea, quae ab aliis, in primis a Turnbullio referuntur, vera habeamus, brevis responsio erit: fallax. Videamus autem de singulis observationibus.

Inter 5 rheumatismo laborantes, unus (Observ. 1), recidivā sponte evanescente exceptā, auxilium perfectum obtinuit. In altero (Observ. 5) sanatio post longum tempus, eaque valde incompleta, petita fuit. In tertio (Observ. 2) nullum auxilium observatum fuit, dum in duobus aliis adhibitio ulterior impedita fuit noxis, ex circulatione aucta provenientibus.

Retuli 5 casus neuralgiā laborantium. In duabus (Observ. 6 et 8) sanatio obtineri videbatur.

Dolor autem, pro parte imminutus, ulteriori adhibitioni restitit, et Camphorae gr. jv de die sumpta, perfecere id, quod a Veratr. gr. vj de die frustra optaveramus. In altero (Observ. 7) cito et perfecte absque recidiva aeger ab ischiate postica sanatus fuit. Non credo, partem hujus sanationis tribuendam esse vulneribus suppurantibus, a vesicatorio ortis, tum, quia in talibus morbis magis activa sunt vesicatoria vaga, scopo rubefaciens applicata, tum, quia jam antea haec vulnera absque ullo auxilio extiterant.

Ex duabus observationibus Prosopalgiae patet, quam salutare nostrum remedium sese praesterit in hoc morbo. Prima imprimis historia (Casus 9) nil desiderandum relinquit, quoad vehementiam et durationem morbi, curationem simplicem, et sanationem celeriter perfectam. A plurimis medicis et ab aegris, ab hoc morbo, hujus remedii ope, liberatis, mihi relata fuit eximia Veratrini in illo morbo praestantia. Magna autem dosis requiri videtur, gr. nempe xxx in unc. j, idque per 5'-10' bis de die infricandum in loco dolente. Bis mihi narratum fuit ab ipsis sanatis, se, durante adhibitione Veratrini, af-

fectos fuisse scintillis ante oculos obvolutantibus, visu offuscato, aliisque congestionis ad caput oculosque symptomatibus, quae etiam confirmare videntur ea, quae de virtute Veratr. irritante, supra dicta sunt.

In 6 paralyticis semper formicatio, dolores lancinantes e aliaque symptomata speim dedere boni eventūs. Haec vero nos plane sefellit in casibus 11 et 16. Forsan idem observassem in casu 13, nisi symptomata, ibi memorata, ulteriore usum prohibuisserent. Idem valet de observatione 12, in qua parva tantummodo emendatio obtinuit.

In casu 15 bis aperte observabatur major activitas inf. flor. Arnic. p̄ae Veratrino. Licet una observatio pro regula generali habere nequeat, ex ea tamen patet, Veratrinum non absolute p̄ae ceteris excitantibus anteponi debere.

Quod attinet ad casum illum memorabilem 12, quid ei adderem, ad sanationem explicandam, idque non mere hypothetice, sed secundum rationem et experientiam, prorsus nescio. Videatur forsitan alicui, nihil facilius esse, quam hic

assumere: Materie rheumaticâ aliâve causâ nervos inactivos fuisse, Veratrinum autem excitando et irritando circulationem promovisse, febrem produxisse, quo tumultu materies illa nociva absorpta fuit, et nervi praeterea incitati eorum imperium recuperabant.

Sed itane rite res explicata est? Minime vero. Quid tribuendum est medicamento, quid febri? Quaenam est causa, cur deperditio et recuperatio sensûs ac motûs tam pari passu in utroque crure, quotidie iisdem dimensionibus circumscriptis progrederetur? Cur mobilitas cruris nequaquam restituebatur sudore, a balneo vaporoso orto, at vero quidem post sudorem a Veratrino productum? Quare sensus ante motum redibat?

Ecce paucas e pluribus quaestionibus quae facienda sunt, vitamque nervorum internam spectant; in quibus intimis naturae penetralibus certam viam mihi adhuc latere, potius ingenue confiteor, quam ut, longo verborum ornatu, explicationem hypotheticam tentarem, quae nihilominus nostram imbecillitatem probet.

Ex omnibus hisce observatis mihi videor,

concludere posse ad sequentia momenta therapeutica:

I. Veratrinum est medicamentum efficacissimum, quod, excitando nervos inactivos, sedando neuralgias, et promovendo circulationem sanguinis, inter nervina alterantia magnum occupat locum.

II. Non sufficit ad restituendam vim nerveam deperditam, ideoque nimis laudatum fuisse in paralysi videtur.

III. Inter antirheumatica specifica certa, non adnumerari potest.

IV. Noxae ex ejus virtute irritante provenientes, prudentiam in ejus usu assuadent, imo eum interdum contraindicare possunt. Accedunt pretium insigne et difficultas, qua purum acquiritur, quae saltem ejus usum valde restringunt.

Haec sunt, quae ex nostris observationibus ducenda existimavimus. Quae si conferamus, imprimis cum encomiis, qualia protulit princeps Veratrini praeco, Turnbull, non possumus non multa de eorum meritis detrahere. Haud quidem propositum nostrum fuit, critice hujus

Auctoris experimenta ac successus dijudicare; sed simpliciter narrare, quae ipsi vidimus atque observavimus. Caeteroquin, propter incompletas ac confusas morborum historias, quas exhibet, non pauca sunt dubia, quae de exacta eorum definitione in medium proferri possunt. Veruntamen non reticendum, sic, et experientia duce, confirmatum esse nostrum judicium de valore laudum, quibus ejus utilitatem extollit Auctor citatus, contra morbos plurimos, medicinae rationali rebelles.

Docemur igitur novo exemplo, non inconsulto, quod nimis eheu! fieri solet, fidem habendam esse novis detectis, qualia magna verborum pompa, imo additis observationum documentis, non ab agyrtis tantum, sed ab ipsis medicis exteris, nobis offeruntur. Cautum saltem examen, atque experimenta severe instituta, nobis persuadeant, quid de iis verum sit? quid falsum? Ita profecto, hoc rejecto, illoque depurato, in genuinum usum nostrum, fructus carpemus uberrimos. Quos quum de Veratrini effectu medico imperfecte tantum colligere nobis contigerit, speramus, fore ut peritiores medici opus

absolvant. Hi ergo, quis illi medicamento, quod, procul dubio, unum in paucis est efficacissimum, in pharmacologia competitat locus, plenius ac melius doceant, quam quidem nobis licuerit.

T A N T U M.

QUAESTIONES.

Eorum opinio, qui contendunt elleborum veterum eundem esse, quo nostro tempore utimur, licet non indubia, magnum tamen argumentum petit ex similibus symptomatibus, quae, in corpus ingesti, edunt.

II.

Varia secretorum natura, a glandularum vel corporum secernentium fabrica varia dependet, eadem ubique vi nervorum organica existente.

III.

Egregie Herder (Ideeën, 1 Th.) contendit, statum erectum et formationem cerebri insigniorem in homine, tam arcte cohaerere, ut unus sine altero esse non possit.

IV.

Egregie Hufeland: Die Kunst gehört dem inneren Heilighum des Menschen an; das System der Zeit, deren Product es ist. Wir haben nun Systeme genug gehabt,

um zu wissen, dass in den Systemen der Schule die Heilkunst nicht liegt.

V.

Statistica, medicinae applicata, in curatione morbi, potius nomen, quam individui curam spectat.

VI.

Recte **A n d r a l** (Pathol. interne) de cholera asiatica: caractères anatomiques insuffisants; causes mysterieuses; nature hypothétique; symptomes caractéristiques; diagnostic facile; traitement douteux.

VII.

Cum nostra de maniâ opinione, convenit Hippocraticum illud: Insanientibus si varices aut haemorrhoides superveniunt, maniae solutio fit.

VIII.

In haemoptoë haud ita multum sanguinis mittendum, sed assidue.

A r e t a e u s.

IX.

Haemorrhagia pulmonum rarius est lethalis per se, quare sectiones cadaverum ad illustrandam morbi naturam, non multum contulerunt.

S u r i n g a r.

X.

Causa mortis saepe subitaneae in hydrothorace chro-
nica laborantibus, non quaerenda est in pulmonum com-
pressione, sed in eorum oppletione sero exsudato.

XI.

Convulsio valde mala ab exanthemate recurrente, nisi
denuo et cito prodeat.

Stoll.

XII.

Venaesectio in plethora satisfacit indicationi palliati-
vae, non curativae.

XIII.

Molesta semper, nociva saepe sunt instrumenta ferrea,
ad curandas incurvationes extremitatum puerorum, rha-
chitide aliave causa productas. Longe praferenda sunt,
quae ex balaena conficiuntur.

XIV.

Ad curandam columnae dorsalis incurvationem apud
juniores, dissuadendae mihi videntur loricae (corsetten).
Suadenda vero frequens muscularum dorsalium exercitatio.

XV.

Si quaeris, num cancer extirpandus sit, nec ne,
praeter alia in primis respicias faciei colorem.

XVI.

Amputatio extremitatis, gangraena correptae, interdum ante crenam formatam indicata est.

XVII.

Resectio partis alicujus ossis, morbose affecti, non ita rejicienda est, prouti Cl. Vellepau opinatur.

XVIII.

Si post partum haemorrhagia ex utero, jam contracto, aliis artis auxiliis non sisti possit, assuadenda est compressio aortae abdominalis.

Dit waerheit wou ik u voor oogen
AAN DEN HEER obne vrees en stell,

C. C. RÖELL,

BIJ DE VERDEDIGING

ZIJNER DISSERTATIO:

DE VERATRINO, EJUSQUE USU MEDICO, OBSERVATIONIBUS
CLINICIS INVESTIGATO (*).

De waereld zal hem dankbaar prijzen,

Die op d' onmeetbren Oceaan

Een nieuwen zeilkoers in dorst slaan,

En ongekende paden wijzen;

Die, van een schaars betreden strand,

Van oorden, nooit bezocht te voren,

En rijken keur van puiktrezorens,

Heeft aangebracht in 't moederland.

(*) Qui hosce versus bene intelligere velit, nisi totam dissertationem, praefationem saltem legat, necesse est.

Maar zoude ook hij geen lof bekomen,

Die, steev'nend op gelijken tocht,

Waar hij een veil'ge haven zocht,

Slechts naakte klippen heeft vernomen?

Hij keer'dan niet met schat bela'en:

Hij leert, door eigen tegenspoeden,

Aan and'ren, zich voor schaê te hoeden

En de ongastvrije reê te ontgaan.

't Is schoon, als ons de palmen kroonen,

En roem zich hecht aan 't heldenstaal,

De vruchten van den zegepraal

Aan 't opgetogen volk te toonen.

Maar, als de krijgskans tegenviel,

De schand der neerlaag niet te ontrennen,

Maar onbeschroomd zijn val te erkennen,

Is 't kenmerk van een groote ziel.

Die waarheid zweefde ook u voor oogen:

En wie er prijs op lauwren stell', ~~oed~~

Gij meldt, en zonder spijt, Röell! ~~oed~~

Den uitslag van uw vruchtloos pogen. ~~oed~~

En niet op u rust ook de schand; ~~oed~~

Hen treft zij, die in dwaasheid roemden,

En 't wapen onverwinlijk noemden,

Dat gij zaagt splint'ren in uw hand.

Zoo toont gij, dat u geen verblinding

Bevangt, en bidt geen nieuwheid aan,

Hoe ook geroemd en voorgestaan;

Maar toetst die eerst aan de ondervinding.

Treê rustig voort op 't eigen spoor!

Slechts hun, die voor geen arbeid schuwen,

Maar onderzoek aan doorzicht huwen,

Leent Aesculaap een gunstig oor.

Tree voort! zoo zult ge u eer verwerven:
 Zoo zal de naam, waar gjij op boogt,
 Een naam, in Nederland verhoogd,
 Van u een nieuen luister erven: —
 En (roem noch lofspraak klinkt zoo schoon),
 Zoo smaakt gjij, als herstelde kranken
 Aan u, naast God, hun redding danken,
 Eenis van uw vlijt het zaligst loon.

1837.

MR. J. VAN LENNEP.

Zgibildisr moeg u lab jrg taoot oox
 Is sonoen, als dat die palmen Aravenie,
 Das boudwurit moeg thid in Jauavall
 En roem sich ~~heid~~ van ~~heid~~ heid.
 ; usdagtoov in bimoru god oox
 De vredes van den regerat
 Guibnirishuo ob ons Jeroo oib tafel hali
 Aan 't oppelogen bulk te bouwen.
 ! rooja argio t' go foor gitaro oxt
 Haar, dat de hondes ingeviel,
 Guvndra bisdr moeg roo oib and tafel
 De schaam der vredes niet te ontbreken,
 , annod hibischus ons dsoxishuo xal
 Moet valschertend ova vil te erkennen,
 roo gitaro moe qadischa 1837
 In 't houtwerk van ons grote veld.

AAN MIJNEN VRIEND

C. C. RÖELL,

BIJ ZIJNE BEVORDERING TOT

DOCTOR IN DE GENEESKUNDE.

Le temps! les ans! les jours! mots que la foule ignore!

Mots profonds qu'elle croit à d'autres mots pareils!

Quand l'heure tout à coup lève sa voix sonore,

Combien peu de mortels écoutent ses conseils.

V. Hugo.

De tijdstroom snelt voorbij, voor dat wij het ontwaren:

Men denkt aan morgen, en . . . ook morgen is daarheen;

Zoo rollen dagen voort, zoo wiss'len maanden, jaren:

't Genot heeft spoedig uit: herinn'ring blijft alleen.

Wèl hem, wien, als zijn geest terugblikt op 't verleden,

Geen wroeging sidd'ren doet of angstig zelfverwijt,

Maar die de vreugd geniet van een gelukkig heden,

De welverdiende vrucht van welbesteden tijd.

Hij wacht de toekomst af, ook wen ze omwolk hem nadert,
 Daar rampspoed kracht en moed, geen smart hem brengen kan;
 Het goede zaad wordt vroeg door 't knaapje reeds vergaderd,
 De jong'ling bouwt den grond, de vruchten oogst de man.

U schittert, mijn Röell! de toekomst heerlijk tegen,
 En hel beschijnt uw pad de blijde voorspoedszon:
 De liefde wenkt u toe en spelt u rijken zegen,
 En vriendschap gaf u al wat z' ooit u geven kon.

En gij.... steeds bleef uw blik op gindsche toekomst staren,
 Niet ijdel vloog uw tijd daarheen in lach en vreugd:
 Gij mogt een' schat van kunde en wijsheid u vergâren,
 En voegdet mannen-geest bij jaren van de jeugd.

Geluk dus met deeż' dag, die 't zwoegen zal bekroonen!
 U 't heiligdom ontsluit van menschenliefde en deugd!
 Gij die uw roeping kent, zult harer waard u toonen,
 En reddingsengel zijn voor ouderdom en jeugd.

Dat dan uw bootje zacht op 's levens golven drijve,
 Als liefde aan pligt gesnoerd, u met haar loov'ren tooit!
 Dat vriendschap t' allen tijde een bron van heil u blijve!
 Ik blijf u steeds getrouw, vergeet dan mij ook nooit.

GRONINGEN.

J. N. RAMAER,

Med. Stud.

van nacht, dattē omtog hervat tē op mēne goed wi' oē te
hooch dat vooch med' van 'n' leeuweng' riep' me' bontē dr.
He' s'gijid' n' lied' van' vond' van' shij' velle' v'ghetrouwē' tot
De' hooch' doo' gijn' oēs' hogen' waardes' abont' n' lied' si.

8. 3. A. M. A. II. 8. V. A. de toekomst, heitēt' regen,

hantē hantē

En sel' hechtijt' oē pas' de hinde' v'ghetrouwē'

De kieke' wendt' u' toe en speit' u' ligter' regen,

De' v'ghetrouwē' gaf' u' al' wat' u' oēt' u' groet' hoo.

En' gij' do' goud' hooch' op' goud' hooch' tot' oost' spēn.

Niet' gij' vloeg' me' tyd' dattēt' in' hooch' en' v'ghoel'

Gij' mogt' oēt' schut' van' knade' en' neip'heit' en' v'ghoem'

En' v'ghed' v'ghed' grot' hooch' van' de' jood.

Gehij' das' hooch' dass' hooch' en' v'ghed' en' hechtijt'

En' gij' hooch' hooch' en' v'ghed' en' hechtijt' en' dattēt'

Gij' die' oēt' v'ghed' hooch' en' v'ghed' en' hechtijt'

En' v'ghed' v'ghed' grot' hooch' van' de' jood.